

Compendium in Institutiones Juris Canonici
Liber Primus
Institutionum Juris Canonici
Titulus Primus
De Jure Canonico in Communi

Jus canonicum quoad suum nominis suam deduxit originem primo a jure quod nomen est jus est non generale et venit tam juri naturali, gentium et civili. 2do a Canonico quod a Graeco canon latine regula significante deducitur. Unde idem quod jus regulare merito appellari potest, quia continet spiritualem vivendi normam. Quoad quidditatem vero et essentialem eius significationem nihil aliud est jus canonicum quam jus quo civium actiones ad finem beatitudinis aeternae diriguntur. Porro civium actiones ubi spectatur homo quatenus subjectus Ecclesiae Romanae, quia quadruplex potest considerari homo primo in suo genere ut animal et sic utitur jure naturali 2do in sua specie ut homo et sic utitur jure gentium 3tio ut subditus Romano Imperio et sic utitur jure civili Romano 4to ut subjectus Ecclesiae Romanae et sic utitur jure canonico; potest denique etiam considerari ut civis alicujus regni principatus civitatis et sic utitur statutis quidem regni et loci unde originem ducit. Cum nec igitur cives Ecclesiae Romanae id est fideles subjiciuntur juri canonico, infideles enim regulariter Papae non subjiciuntur quia qui extra nos nihil ad nos habet tamen Papa etiam aliquando super eis jurisdictionem

ut habet Joan. And. in c. super his de voto et 27 q. 2. c. affe. Et Imperatorem per appellationem civilis ligat, licet dicatur solutum non ligari legibus l. princeps C. de ll. sed tamen subjacet Papæ in concernentibus animarum directionem actiones. Ut ut homo bene vivendo et operando possit beatificari quod fit adminiculante theologia et jure canonico: ex ergo hoc scientia quaedam mixtum partem capiens ex theologia in quantum tendit in finem æternæ beatitudinis et spiritualia ex parte speculatur; partim de jure civili in quantum tractat de temporalibus sine quibus spiritualia diu esse non possunt; et habet se jus canonicum ad jus civile ut ars de argumento.

Dirigitur ad finem æternæ beatitudinis, ubi apparet diversitas finis juris can. et civilis quod licet utrumque tendat hominem ducere ad bonum commune, sed tamen differunt in modo ducendi, nam jus civile tendit hominem ducere ad bonum commune secundum quod congruit humanæ societati civiliter ac temporaliter viventi secundum quem modum ad suum finem promoveri et per legalem justitiam et civilem amicitiam. Jus vero canonicum intendit dirigere hominem ad bonum commune secundum quod congruit humanæ societati non solum civiliter sed etiam spiritualiter viventi et vitam aliam æternam expectanti:

Jus canonicum aliud est scriptum aliud non scriptum

Scriptum est quod in sacris literis, decretis et constitutionibus Patrum Sanctorumque, dictum sententijs approbatis, est in corpore juris canonici continetur. Non scriptum quod consuetudine recepta in Ecclesia Romana et traditione legitima continetur. de jure scripto in corpore juris canonici existente hoc titulo de alijs sequenti dicetur. Unde juris canonici universi idea continetur in sex compillationibus. scilicet

1. In Decreto quod a Gratiano ordinis S. Benedicti monacho tempore Eugenij Pontifice circa 1150 ex priscis canonibus collectum est et dividitur in tres partes quarum prima distinctiones 100 et unam complectitur. 2da continet 36 causas in questiones divisas 3tia pars inscribitur de consecratione et habet distin. 5. de hoc decreto quaeritur dubitatur apud multos: an vim legis et obligandi habeat siquidem a privato et monacho et privato modo scriptum est qui nullam jurisdictionem obligandi et praescribendi habuit, cum multi asserunt hoc decretum ita a privato compositum a Pontifice postea approbatum fuisse Interim Eiusque fit tamen ex communi receptione populi ecclesiastica praxi et assidua in allegationibus tum et praelectionibus scholasticis approbatum et tantum nunc ut modo absque ullo dubio citetur et allegetur tanquam pars juris canonici authentica.

2 Secunda compilatio Juris Canonici stabilit in Decretalibus seu Epistolis Gregorij noni per Raymundum ordinis praedicatorum per quinque libros digestis, Anno 1230, dividuntur libri in titulos et hi in capitula.
3. Tertia compilatio Juris Canonici sistitur in Sexto Decretalium Bonifacij Octavi, qui à Guilhelmo Archiepiscopo Ebredunensi, Berengario Episcopo Byterensi, et Richardo de Senis Romanae Sedis Vicecancellario compilatus est: qui ideo dicitur sextus quod illis quinque libris Decretalium Gregorij IX quasi modum sexti fuerat adiunctus Anno 1298, hic etiam dividitur in quinque libros qui in titulos et hi capitula subdividuntur.
4. Quarta compilatio sunt Clementinae quae à Clemente V. conciliatae et Joanne XXII editae et promulgatae sunt Anno 1317.
5 Quinta collectio Juris canonici reperiuntur extravagantes numero 20. Joannis XXII auctoritate in corpus Juris canonici redactae sic dictae ideo, quod olim extra corpus Juris canonici vagabantur siquidem ob paucitatem earundem peculiare volumen earundem haberi non poterat.
6 Sexta et ultima compillatio sunt extravagantes communes seu Epistolae aut potius rescripta Summorum Pontificum eorumque qui sederant paulo ante et post Joannem XXII per annos 150
Post quas novissime editus est liber septimus Decretalium continens quinque libros ad instar Decretalium opera eruditissimi viri Petri Mathei

Jurisconsulti Lugdunensis, insuper reperiuntur
alia Canonica functiones extra Corpus Juris canonici
ut Concilium Tridentinum, Bullarium, Regula
Cancellaria, Declarationes Cardinalium et decisiones
Rota Romana.   Titulus 2dus

De Jure Divino, Consuetudine et Constitutionibus

Jus Divinum est quod in lege continetur et Evangelio
atque immutabile semper permanet: Jus divinum
hic stricte sumitur quia aliquando etiam totum Jus Canonicum
pro jure divino accipitur.

Dicitur quod in lege. id est lege Mozayca qua continet
praecepta moralia mystica et Judiciaria. Praecepta mo-
ralia erant ea quae naturae lumine cognita hominem
judaeum afficiebant et talia continentur in decalogo atque
universos homines ligant ut recte intellecta secundum
rationis normam nequaquam dispensationem recipiant.
Praecepta mystica seu ceremonialia illa dicebantur quae ad
cultum vitae Deo exhibendum continebant, utique futuri
typum praeferebant. Praecepta Judiciaria erant
ea quibus pax et charitas in populo Judaico fove-
batur praeterea nihil mystice in se continebant et solos
tum Judeos obligabant per modum Juris positivi. Caeterum
praecepta Judiciaria et ceremonialia jam nunc non
obligant amplius quia post adventum Christi fuerunt antiquata
moralia vero semper obligant quia secundum rectae rationis
dictamen instituta nullatenus extingui et mutari possunt
quia nec ratio quaerere potentibus extingui et mutari potest

Dicitur et in Evangelio seu in praeceptis Evangelii quae sunt vel mystica quae omni reverentia sunt prosequenda ut mysterium SS. Trinit. Incar. etc. vel moralia quae circa nostram transgredi non possunt vel Sacramentalia quae contemnere nefas est.

Consuetudinis jus suum sumpsit exordium post naturalem legem ex quo homines in unum convenientes coeperunt simul habitare quod ex eo tempore factum creditur quo Cain civitatem aedificasse legitur. Consuetudo jus quoddam moribus institutum quod pro lege suscipitur in iis enim rebus in quibus nihil certi divina statuit scriptura mos populi et instituta majorum pro lege tenenda sunt, et deficientis legis vices supplet eamque dubiam interpretatur. Et praevaricatores divinarum legum ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum sunt coercendi, hoc tamen intelligendum de ea consuetudine quae neque divino juri neque canonico contradicit.

Consuetudo alia est secundum legem qua lex superioris in usum deducitur et interpretatur. Alia praeter legem quae observatur in illis casibus qui a jure scripto decisi non sunt. Alia denique est contra legem qua lex scripta vel usu non recipitur vel recepta demum abrogatur non divina neque naturalis sed humana. Ad eam introducendam requiritur ut sit rationabilis et justa id est non adversetur juri naturali et divino neque periculum salutis afferat. Ut habeat actibus frequentatis [illegible]

ut sit continua et non interrupta et si sit interruptus debet continuari per decennium, si autem contra jus quadraginta annor. Item requiritur ut sciat cum contentatione generali et tacito superioris sed ut sit circa talia quæ sunt præscriptibilia. Hinc renovari sunt traditiones quæ ab ore vel epistolis prodiere eorum qui jus condere potuerant

Constitutio est lex scripta et licet ad substantiam legis non desideret scripturam tamen ad distinctionem juris consuetudinarij requiritur ut sive per scripturam loco publico affixa sive per praeconis aulam maiorem itaque publicentur sit in tantum lege obligandorum notitiam devenire possit, non enim sunt culpandi illi qui illas ignorarent.

Constitutio alia est Civilis alia Ecclesiastica. Civilis est quæ a populo vel a principibus secularibus ad curam rerum spectantium fertur. Ecclesiastica est quæ vel ab Ecclesia a summis Pontificibus ad æternam beatitudinis finem fertur et hinc vel est publica quæ spectat ad jus publicum vel est privata quæ pertinet ad commoda privatorum ut sunt venditio, emptio, venditio.

Notandum constitutionem civilem si lata sit de rebus Ecclesiasticis nature ita sit in exceptione vel spirituali canonum lata sine ... [illegible] usa est Ecclesia contra hereticos quando fuerant approbata, secus non ligant clericos nunquam obligative sed tanquam directive

Titulus 3tius

De Constitutionibus Ecclesiasticis

Hic in hoc titulo jam fusius constitutiones Ecclesiae explanandae. Et primo constitutio Ecclesiastica est jus quoddam ab Ecclesia aut summo Pontifice vel Episcopo institutum. Dividitur vero constitutio Ecclesiastica in quatuor genera scilicet in Sacram Scripturam, Canones Conciliorum, Pontificum decreta et sententias SS. Patrum. de quibus.

Sacra Scriptura sunt Sacra Christianae Religionis Divino Spiritu afflante dictata, haec autem nullo modo abnovari sunt mutanda, quia Sacra Scriptura revelatione nititur et veritas quam continet semper eadem manet: indiget interpretatione quae non ex voluntate et spiritu privatorum pendet, sed penes Ecclesiam quae veritatis columna est remanet. Sensus autem in Sacra Scriptura est varius alius literalis seu historicus qui est sensus simplex juxta literam et ordinem nominalem consideratus. Alius spiritualis seu sublimior qui ad Christum vel ad Ecclesiam aut ad mores vitamque aeternam refertur: qui rursus vel est Allegoricus quando per id quod dicitur significatur id quod jam factum est vel futurum est. vel est Tropologicus vel moralis quando Sacra Scriptura ad mores convertitur.

Canones sunt statuta Conciliorum seu leges et regulae in conciliis factae vel de fide vel de disciplina Ecclesiastica.

Concilia sunt Ecclesiae comitia in quibus Christi [illegible] ad fidem et disciplinam morum pertinentibus acturi

legitime convocati confluunt. Quorum alia sunt universalia seu oecumenica quae sunt auctoritate Episcopis totius orbis christiani haereses tollendi, schismata componendi, aliisque gravissimis totius Ecclesiae intendendis necessitatibus. Et talia conciliis numerantur quatuor scilicet Nycaenum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonense quibus ultimo additis Conciliis generalibus Graecis 4 et Latinis generalibus 13. Alia particularia seu topica quae a Statis alicuius partis Ecclesiae habentur. Et haec vel sunt nationalia quae habentur ab omnibus Episcopis unius nationis v.g. regni Poloniae, unde constitutiones synodales. Vel sunt Provincialia quae a metropolitano et Episcopis eius suffraganeis celebrantur puta Gnesnensis vel Leopoliensis Episcopi. Vel sunt denique Concilia Dioecesana quae quilibet Episcopus cum presbyteris sua dioecesis celebrat.

Notandum primo originem habuisse ab Apostolis Apostolis omnium qui celebrarunt Hyerosolimis concilium primum de ritibus Iudaicis abolendis et de circumcisione. Act. 15.

Notandum secundo solum Papam posse concilium convocare et licet habentur quod et Imperatores convocaverint hoc tamen fiebat ex certis circumstantiis quae tunc dure erant Pontifices et ipsi apparebat cuius obediendam sed jam penitus obsoletum est.

Notandum 3tio Concilia obligare omnes subditos et quidem generalia obligant totum orbem nisi contraria consuetudine abrogatum est ut Concilium Tridentinum in Galliis ubi in nihil observatum nisi quae de fide sunt

tie et in Germania. In Polonia vero postremum
usum totum approbatum est. Nationalia scilicet
totam obligant nationem, Provincialia provinciam
Diocesana subditos diocesanos
Decreta summi Pontificis est Jus quodlibet
quod S. Pontifex constituit, sive cum Concilio
Cardinalium sive ipsemet tam in causis publicis
quam etiam in causis privatorum cognoscendis
Unde alia sunt decreta generalia et sunt constitutiones
generales quas S. Pontifex sponte et nemine sugge-
rente cum Concil. Cardinalium emittit ad ordina-
tionem totius reipub. Xtianae. Alia decretales epistolae
quae sunt sententiae quas S. Pontifex ad alicujus
suggestionem, consultationem aut supplicationem
emittit ejusmodi etiam sunt rescripta seu literae
a S. Pontifice emissa quae ad lites ordinandas
vel ad largienda beneficia pertinent, illa vocantur
Justitiae haec veniunt rescripta gratiae
Notandum hic quod si statuta nova sint directe contraria
antiquis abrogabant antiqua licet de illis non faciat
mentionem. Non tamen derogat statutis particularibus
locorum et rationabilibus consuetudinibus quas verisimiliter
ignorare praesumitur Papa.
Sententiae SS. Patrum sunt illa quas S. Patres
sive Graeci sive Latini et alii scriptores Orthodoxi
Scripturam S. interpretantes dicerunt et dictis
scriptis mandarunt. De quibus

Notandum quod nullam habent vim legis sine canonibus utique quod in sacris canonibus interserta inveniuntur, siquidem auctoritate Judicialis carent possunt tamen in Judicijs allegari deficiente canone. etsi in hoc casu debent Sententijs Summorum Pontificum qui vim definitionis habent, nam aliud est in causis suum ponere aliud scripturas diligenter interpretari ad quod sola scientia requiritur ad illud vero non solum scientia sed etiam potestas est necessaria.
Notandum autem collectiones Synodales praescribunt ut primo dioecesanarum. Secundo provincialium Synodorum deinde SS. Canonum postremo glossarum et decisionum SS. Cardinalium ratio habeatur.

Titulus 8vus
De Jure Personarum

Personarum Genera jure Canonico duo sunt Laici et Clerici. Laici qui et populares dicuntur sunt quibus licet temporalia possidere uxorem ducere, causas agere inter virum et virum judicare. Unde hac appellatione laicorum etiam Imperator et Rex veniunt quamvis inungantur sed quia inunguntur non ad suscipiendum ordinem sed tantum ad fortitudinem in bellis merito ergo non clerici sed laici sunt
Clerici autem sunt qui divinis officijs mancipati sunt et quos ab omni strepitu cessare oportet
Et licet et clericis pleraque sint licita quae permittuntur laicis puta temporalia possidere causas agere

meepis dni evenit ab omni strepitu et saecularibus
negotiis curis averentur. Sub hoc Clericorum nomine
continentur et conversi qui licet non sint Clerici
tamen etiam non sunt laici sed potius Clericis proxima
Item et religiosi pro his qui profitentur tria vota
qui tamen non sunt Clerici nec sacerdotes sed sunt Extra
Item quod etiam Eremitae qui etiam vere non sunt
Clerici gaudent tamen privilegio Clericorum.
Clericorum autem alij sunt in sacerdotio ut Episcopi
et Presbyteri, alij in sacris ut diaconi et subdiaconi
alij nec in sacerdotio nec in sacris ut minorum ordinum
clerici dicuntur quidem et hi esse in sacris sed lato modo
quia omnis ordo est sacer ut ... 1.1. Rursus
eorum qui in sacerdotio constituti sunt quidam sunt in
altiore gradu vel ordine positi ut sunt Episcopi quidam
autem hoc gradu et ordine ut diximus quod ... non
solum gradu sed etiam ordine altiores sunt Episcopi presbyteris
secundum sententiam ... Thologorum. alij inferiore
ordine ut sunt presbyteri de quibus sigillatim

Titulus 3ius

De Episcopis et Summo Pontifice

Clerici in altiori gradu constituti sunt sunt ... Scilicet
Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi. de quibus
Summus Pontifex est ille cujus dignitas omnes
ordines Ecclesiasticos complectitur omnesque gradus Episcopales conti-
net ac supra ceteros eminet, data sibi a Christo
ut ejus Vicario in terris potestate. Dicitur vero Papa a Graeco
nomine papas id est avus ~ ut quidam volunt a dictis

primis syllabis illius vocabuli Paterpatratus

Privilegia S. Pontificis sunt 1mo omnes judicat â nemine judicatur nisi in Concilio g[ener]ali ca[us]a haeresis. 2do Ordinarius Ordinariorum apud quem est plenitudo potestatis. 3tio solus quaestiones de fide majoresq[ue] Ecclesiae causas decidit quo non potest deficere fidei illius pro qua se ipso specialiter Christus rogatus est. 4to Concilia solus congregat eorumq[ue] scripta approbat. 5to Ep[iscop]os dudos transfert eorumq[ue] sedes mutat, deponit. omnibus his inserviunt versus

Restituit Papa solus deponit et ipse
Dividit ac unit, eximit atq[ue] probat
Habilitat solvit synodumq[ue] facit generalem
Transfert et mutat appellat nullo abjecto

Nota. S. Pontifex a solis eligitur Cardinalibus et q[ui]d[em] de gremio suo. Cardinales autem sunt veluti senatores S. Pontificis appellantur a Cardine quasi sint cardines totius Ecclesiae habentq[ue] in suis titulis ubi decretis jurisdictionem pene Episcopalem et tituli illi Ecclesiis seu Parochiis Episcoporum separantur quin imo majores Ep[iscop]is habentur ob exemptionis praerogativam vendicant

Patriarchae quasi Patrum principes primum post Papam locum obtinent et hi sunt Constantinop. Alexandrinus Hyerosolym. Antiochenus: alij si qui sunt Patriarchae primates potius dicendi sunt. Horum privilegia sunt 1mo p omnes nationis sibi subjectae limites crucem deferre. 2do ab Archiep[iscop]is et Ep[iscop]is appellationes recipiunt. 3tio Conciliis nationalibus praesunt quae jura etiam quodam primatibus conveniunt. ut Gnesnensi in Polonia

Archiepiscopi sunt Principes Episcoporum qui est Provinciae provinciae universae quibus residebat in primaria provinciae

alicus civitate metropolitanus appellatur. Ejus officium est jurisdictionem habere in suffraganeos, et tribunal illorum subditis appellationis. 2do suffraganeos consecrare, et eorum appellationes recipere. 3tio vocare Episcopos provinciales ad concilium provinciale. 4to crucem deferre intra suam provinciam.

Episcopus dicitur a Graeco speculator qui mores et vitam populorum fidei suae commissorum speculari et perspicere debent. Et sunt illi Praelati qui minoribus populis et frequentioribus civitatibus praesunt. Horum officium ligandi et solvendi potestatem habere, chrisma conficere, Ecclesias atque altaria consecrare, pollutas repurgare, clericos ordinare, suspendere, deponere etc.

Titulus 6tus
De Electione et Postulatione

Nominata persona duobus modis promovetur per electionem et postulationem. Unde.

Electio est personae idoneae ad Ecclesiam vacantem per capitulares seu eligentium Canonica vocatio. Dicitur personae idoneae ut differat electio a postulatione quae nonnisi instituitur de persona impedimento canonico laborante. Dicitur per capitulares ut differat electio a collatione, institutione aliisque modis beneficium conferendi.

Electio fit per capitulares qui omnes advocandi sunt nisi sint valde remoti alias contemptus irritare potest electionem. Absentes etiam possunt per procuratorem constitutum ex capitularibus eligere, possunt quidem etiam aliud suo et aliorum principalis sui nomine eligere. nisi habuerit mandatum speciale de certa persona eligenda

nemo pro se per literas votum suum dare licet nemini procuratorem habere possit et hoc maxime in scrutinio ubi vota danda sigillatim Limitatur tamen in electionibus secularium in quibus forma scrutinij exacte non servatur. Electio fit 3bus modis primo per inspirationem electio solet fieri vel per inspirationem simplex et haec est quando certa persona a Deo electa designatur ut erat electio S. Mathiae, vel per quasi inspirationem cum electores nulla prorsus tractatione quasi divini spiritus impulsu in unum repente consentiunt. 2do per Scrutinium cum praesentibus ijs qui debent, volunt ac possunt interesse tres de collegio fide digni assummantur qui secrete et sigillatim vota cunctorum inquirendo in scripta publicant et is erit electus in quem omnes vel major et sanior pars capituli consenserit. Nam supposito quod vota eligentium in plures diversa fuerint partes tunc collatio est instituenda a scrutatoribus quae est vel numeri ad numerum, zeli ad zelum meriti ad meritum. Primo fit numeri quae collatio fit quando majoritas votorum aspicitur respectu totius capituli. Zeli collatio est quando consideratur sanior pars quo zelo ac spiritu in electione ... 3tio quando in ipsis electis merita ac virtutes perpenduntur. 3tio fit electio per compromissum fit quando potestas eligendi transfunditur in plures viros idoneos qui personam mandato declaratam omnium voce eligunt et vocantur compromissarij qui aut sunt absoluti quibus contra omnis eligendi potestas ceditur: aut limitati quibus eligendi potestas tali forma ceditur ut v.g. eligere debeant de consensu secreto singulorum votis quem invenerint

a majoritate parte Capituli nominandi. Possunt vero etiam aliquem ex seipsis si vero sint vota dispa-ria inter compromissarios tunc unus ex compromissariis in quem vota aliqua directa, acceptando talem electionem majora suo voto efficiat. Possunt etiam revocari si res est integra alias non. Nonnullis tamen impeditis aliqua inhabilitate (dummodo non animi vel corporis vitio laborent) subvenitur per postulationem. Quae nihil aliud est nisi concors Capituli petitio apud superiorem ut ipsum praelatum assumat qui eligi non potest. Dimissa legitima postulatione auctoritate S. Pontificis reditur translatio seu mutatio qua vinculum, quo quis Episcopo cum priori Ecclesia vinctus erat dissolvitur, ita ut libere ad aliam transire queat. Electione autem aut postulatione expedita intra mentem electioni consentire debet et deinde intra tres menses a consensu numerandos si sit Episcopus vel abbas electus apud sedem Apostolicam personaliter vel legitime impeditus in sonto procuratorem confirmationem petere tenetur ostendendo processum suae electionis ubi si discrepantia invenerit vota S. Pontifex ea reconciliare poterit. Sed quaeri tamen potest utrum qui indignus electus est possit salva conscientia electioni consentire? Ad dico quod non potest nam est quia sicut non potest eligi ita etiam non potest electioni consentire nam canones justi sunt et ideo tam in foro externo quam interno observandi sunt; et si obiciatur quod Ecclesiam judicat

non Judicat de occultis: diç. non judicat de occultis pro non vero de occultis per accidens ut hic; neq. obstat quod talis seipsummet infamaret si per indignus renunciaret, q. non directe sequitur infamaret si per modum humilitatis vel politici dissentiret: posset tamen etiam et tali electioni consentire si instaret metq. necessitas aliqua dummodo postea occulte petat defectus sui curationem vel dispensationem. Observandum tamen de postulatione quod in hac non petitur confirmatio sed tantum admissio. Sed si duo petant unus confirmationem qui est per electionem alter admissionem qui est per postulationem electus et habent paria vota; tamen est ille qui est per electionem electus praeferendus semper major utilitas facta per electionem, nam Installatio vero etiam necessaria est ne videatur ut lupus intrare ovile sed ut pastor per ostium.
Observandum tamen ante confirmationem se non debere ingerere admi= nistrationi nisi ex privilegio habeat alias electione privaretur et impostorum inhabilis redderetur. Si vero confirmatus et non consecratus fuit ea exercere quae sunt Jurisdictionis ut dotare absolvere: non autem quae potestatis ordinis ut ordinare nisi delegetur Episcopus.
De consecratione? Electus confirmatus procurat sibi consecrationem intra tres menses sub restitutione fructuum et deinde si neglexerit inter alios tres menses sub privatione ipsius dignitatis nisi legitime impediatur. Fit autem consecratio previo examine

à Sūy Eppis juxta ritum in Pontificali Romano de=
scriptum.

Authoritas et usus Pallij est ornamentū de corpore S. Petri sumptū Pontificalis Officij plenitudinem con=ferens: competit autem S. Pontifici, item Patriarchis, Archieppis, Metropolitanis, et quibusdam ex speciali privilegio Eppis: utitur autem eo S. Pontifex ubique dum missā solemnē celebrat, alij tn in suis territorijs certisque solemnitatibus ut die Nativit. Dni. Circum. S. Stephani. S. Joan. Evang. et Epiph. Palm. Coena Dni. Pentecostes et posthabitis Dedic. Eccl. et quoties ea exercent quae sunt ordinis Eppalis: [illegible] in persona S. Pontificis aut ejus legati de latere: Omnis autem ejus authoritas et [illegible] quacum persona extinguitur et sepelitur.

Titulus 7mus

De Officio et Potestate Eppi

Potestas et officium Eppi est duplex Ordinis et Juris=dictionis. Ordinis ordines conferre, confirmare, chrisma conficere, Ecclas, coemeteria, altaria consecrare, moniales benedicere. Jurisdictionis est judicare, corrigere, excommunicare etc. et quidquid ea quae sunt mere fori exterioris in sua duntaxat dioecesi quorumque in loco non exempto per se vel per alium legitime faceret. Archieppus in suos suffraganeos non vero subditos paucis exceptis articulis potestatem habet, non enim archieppus visitare Ecclesias

Cathedralem sui suffraganei nisi in synodo provinciali eam probata, / eam suffraganium n̄ judicat nisi sint dessoluta per appellationem: tibi tamen hinc non cedat in SS. Pontificem qui omnia jura Eptalis in omnes Eccles et Epos toto orbe exercet

Finis Tituli Dnis

De Officio Archidiaconi, Archipresbyteri, Vicarii

Archidiaconus, est quasi oculus Epi et qui vocit Princeps diaconorum qui primus minister Epi est, qui est debetque esse vel doctor theologiae aut juris saltem licentiatus: Ejus officium est diacesim visitare, quae reformatione indigent emandare aut deferre, ordinandos et examinandos examinare: In visitatione ejus est decernere de Ecclesiis earumque restauratione atque ornamentis

Archipresbyter qui princeps sacerdotum dicitur et est vicarius Epi circa spiritualia et divina qui tamen subest Archidiacono, licet sit ordine major tanquam sacerdos cum non requiratur ut archidiaconus sit sacerdos est tamen jurisdictione inferior ad quem totius diacesis sollicitudo de jure antiquorum canonum spectat et Vicarius natus Epi vocatur.

Archipresbyter alibi vocatur decanus alii sunt urbani qui Ecclesia Cathedrali cum Canonicis sunt

et Epi vicem in divino officio supplent. cf. Rural
seu alias Decani qui curam animarum in dec
exercent et neque alios Parochus inspectionem haben
nullam tr habet Jurisdictionem Archiepr [illegible] est Judex ordin

§ De Officio Vicarij

Postquam dictum est de his qui proprio nomine [illegible]
viunt restat nunc dicendum quia alieno ut vicari
Vicarius est qui vicem alterius gerit. Et dicuntur
vel Episcoporum vel Parochorum perpetui temporales.
Vicarius Epi est ille qui cum Epo parem exercet
potestatem ipsiusque Jurisdictioni proficietur [illegible]
nens. Foraneus est quem Epus habens am[illegible]
plam diocesim in certa aliqua parte constituit
Dr foraneus quod foris extra civitatem Epi exsistat.
Generalis qui et officialis Epi dr est qui generale mandatum
habet ad totam Epi Jurisdictionem in civitate et
tribunali ipsius Epi exercendam, ideoque dr
etiam ordinarius cujus officium est judicare causas
ras ferre cf. Potestas tr non extenditur amplius
quam ipsi expresse conceditur. Appellatio ab eo ad Epum
non fit [illegible] ut [illegible] representatur vel ut
delegato ab Epo aliqua causa missa est.
Vicarius Parochorum est ille qui authoritate
Parochi repraesentat, illiusque fere in omnibus
rebus vices gerit, quod etiam a sacris canonibus
permissum est ut habens qui Parochialem

Eccliam sua dignitati, professioni vel prebendae annexam possit sibi retinere vicarium idoneum authoritate Epi.

Vicarius perpetuus dicitur qui canonice id est authoritate Epi constituitur in aliqua puta parochiali cum certa et congrua portione annua tanquam laboris sui mercede superveniente puta ipsius.

Vicarius temporalis est qui ad locum alienum ad tempus constituitur juxta causas subsistentes puta quia pluribus Ecclesiis quas obtinet simul servire nequeat, aut pluribus negotiis ratione sui muneris et officii detineatur aut ob peregrinationem, aegritudinem aut aliam quampiam justam absentiam ab Epo cognitam et approbatam.

Titulus tomus

De Officio Legati, delegati, Vicarii et Conservatorum

Legati sunt qui a S. Pontifice missi ejus vices gerunt in provincia vel regno ejus missio. Et sunt vel legati de latere qui quasi a latere S. Pontificis cui assistunt in arduis et ex ejus senatu mitti solent ut sunt Cardinales hi Aplica dignitatis insignibus utuntur et ingressu illorum in provinciam aliorum legatorum potestas suspenditur. Aut sunt legati missi seu nuntii qui non ex collegio

Ordinariorum à SS. Pontifice institutus. Alii denique sunt Legati nati, qui vice legationis officium dignitati suæ annexum habent ex privilegio, ut Archiepiscopus Gnesnen. Potestas eorum est in provinciis suis novella evellere, salutaria inducere, causas provinciarum sanctorum judices ordinarii audire et decidere possint, denique potestas comprehendit retinere literarum sub mysteriis

Delegatus est qui delegantis id est Ordinarii vices in causis expediendis repræsentans nihil in jurisdictione proprium habens. Et est vel juris, quibus Canonibus et Conciliis hoc officium collatum est, quales sunt Episcopi. Vel hominis, quem SS. Pontifex, Principes vel aliqui inferior jurisdictionem habens constituit, seu cui demandata est jurisdictio. Cujus officium est exequi mandata delegantis. Expirat vero 1mo morte delegantis re integra, 2do morte delegati si delegatio sit facta personæ. 3tio revocatione re integra. 4to lapso tempore officio actioni. 5to finito negotio.

Vicarius Episcopi dicitur qui vices Episcopi seu Episcopalem dignitatem repræsentat. Estque vel in spiritualibus

tum sit ad divina ministeria et jurisdictionem exer-
cendam ordinis ministerij Dni. vel in temporalibus tan-
tum Oeconomus. vel denique in utrisque simul
dicuntur Officialis et Vicarius. Hi Officiales alij sunt generales
quorum est exercere jurisdictionem ordinariam
et judicare causarum generaliter et unum eorum
tribunal idem est. Alij particulares seu foranei
quorum jurisdictio minor est et limitatior. Unde
ab Officiali generali recurrit appellatio ad Episcopum bene
tamen ab Officiali foraneo et alijs delegatis inferioribus.
Conservatores sunt quibus a S. Pontifice de-
mandatur ut aliquos a manifestis injurijs
tueantur. Eligi debent ij qui in synodis diece-
sanis ad audiendas causas Apostolicas designantur.
Coadjutor est qui alteri in subsidium adjungitur
explendi officij causa, dari Archiepiscopis, Episcopis
idque solus Papa, coeterisque praesbyteris a his
Episcopus dare potest assignata ad tempus certa parte
fructuum pro victu sufficienti. Cum jure
vero futurae successionis solus Papa dare potest
adjutorem.
Capitulum est coetus Canonicorum ejusdem Ecclesiae
tenens sede vacante ab jurisdictionem vel electio
et institutio confirmare, alioquin deputatio devolvitur
ad sedem metropol: si vero maioris sedes vacet

ad Episcopum aut priorem. Eligere etiam tenentur administratorem vel oeconomum unum vel plures qui possit ea exercere quae sunt jurisdictionis ordinariae utpote instituere, destituere, resignationes admittere causas decidere et quae vero sunt dignitatis seu ordinis Episcopalis et jure speciali vel privilegio spectant ipsi non possunt.

Titulus Secundus

De Ordinatione et Officiis Clericorum.

Jus ordinandi habent Episcopi. Presbyteri benedicti locant abbates suis monachis possunt conferre ordines minores. Prohibentur autem conferre ordines. Excommunicati, suspensi, interdicti depositi, degradati, symoniaci, schismatici, haeretici, nam a talibus ordinati licet characterem ordinis suscipiant non tamen executionem. Item requiritur ut tantum dioecesanos subditos ordinent nisi domicilio vel beneficio ubi habeant aut dimissoriales praesentaverint. Requiritur insuper scrutinio nisi de iis ac eorum sufficientia aliunde constet. Item requiritur ut fiat intra missarum solemnia sex anni temporibus id est quatuor temporum sabbatinis, item sabbatho ante dominicam passionis et sabbatho sancto. Minores tamen ordines conferri possunt

quocunq[ue] die festo vel Dominico, prima vero tonsura
quocunq[ue] die etiam privatim.
Prohibentur autem ordinari. 1mo ob defectum
Aetatis, infantes seu 7. annis minores ad quatuor
minores ordines. Ad subdiaconatum vero ante
22. Ad diaconatum ante 23. Ad Presbyteratum
ante 25. Et servatis unius anni ad maiores
ordines interstitijs, nisi Ordinarius ex aliqua
necessitatem vel utilitatem Ecclesiae dispensaret.
2do ob defectum baptismi et confirmationis. 3tio propter
sexum, ut mulieres et hermaphroditi, in quibus
sexus muliebris praevalet. Nec Conjugati. 4to
ob animi vitium removentur criminosi
ut adulteri, perjuri, falsarij, usurarij
fures, praedatores, homicidae voluntarij et
Illiterati. 5to ob vitium corporis, qui perpetua
corporis infirmitate aut enormi deformitate
laborant, ut muti, surdi utraque aure, claudi
sinistro oculo carentes, abstemij a vino 7. ipsi
Energumini, epileptici, furiosi, lunatici
Paralytici, leprosi, monstrosi, Eunuchi
6to ob vitium originis, ut illegitimi, nisi in religionem
intret, ubi tamen dispensat Praelatus. 7mo ob vitium
status, ut qui sunt ratiocinio obligati donec satisfecerint

Item servi; Vel obnoxii curiae, ut Curiales qui censui innodati, vel ob defectum voluntatis – quinto ob defectum provisionis ultimo denique sine examine promovendi.

Titulus XII.

De Vita et honestate Clericorum.

Clerici primo non debent tractare negotia saecularia, ut mercari, negociari, nisi in causa et prohibentur esse curatores, tutores, fidejussores, tabelliones in causa criminali, dein procuratores et gubernatores substantiae laicorum, nec venatores clamorosas cum canibus etc. nec chyrurgiam, neque aleis, tesseris vel tabulis ludant vel hujusmodi ludis intersint, neque histrionibus, mimis, ludis joculatoriis intersint. Item honestas Clericorum consistit in vita et moribus h.e. abstinere debent ab omnibus criminibus et scandalis a crapula et ebrietate. Tertio denique honestas spectatur in decenti corporis habitu et vestitu, ut vestibus honestis et habitu decentibus utantur. ceterorum quoque usus Clericis interdicitur nisi adsit necessitas adiuncta defensione in-

Privilegia Clericorum sunt Personalia
primo quod sint bonis et honore. 2do quod fidelitatem
laicis jurare non teneantur. 3tio quod sint exempti
ab oneribus personalibus. Realia quod Clericorum
rebus propriis quas non negotiationis causa
deferunt vectigalia non solvant. Item res
Deo sacratae et clericis possessae jure census
liberantur. 3tio Judicialia quod Clerici in
personalibus a Judice laico judicari non possunt, nisi in
realibus et recompensationalibus in quibus clerici
subsunt foro seculari. Carent autem nobis
privilegiis apostatae, degradati, et qui iis voluntarie
se exuerint. apostini, bigami, qui speculatoriam
et histrionicam artem propriam exercent et
moniti eam non relinquunt. Item qui officia
carnificum, tabernariorum et macellariorum
publice exercent. Titulus XIII

De Regularibus et Monachis

Regulares dicuntur a Regula quam professi aliter
vocantur religiosi qui certae religioni &c.
per professionem et votis castitatis, paupertatis
et obedientiae se obstrinxerint. Monachi vero
et moniales qui solitudini claustrali se obstrinxerunt

monachy enim vel greco sporius monos et sunt
et achos quod tristem significat.

Fiunt autem monachi, aut per oblationem
parentum cum pater vel mater filium impuberem
alicui monasterio in disciplinam regularem tra
dit, qui postea dissentire et ad saeculum redire potest.
aut per propriam professionem tacite vel
expresse. Tacite, quando conditione expleto probationis
anno in veste benedicta habitum religionis
defert et in eodem voluntarie perseverat.
Expresse fit cum quis post annum probationis
se obstringit regulis monasterii.

Officium monachorum consistit ut regulas, quas
professi sunt observent. Ex quibus, illis
nequidquam eorum sit proprietarius seu ne
singuli proprium possideant, ne sine licentia
superioris, ab illis in regularis in loco sacro vel
sepulturis extrumus. quod ne professi transeant
secularibus sutijs recepit, ... quod
ne transeant ad laxiorem regulam, nisi ad
strictiorem quod mendicantibus tamen prohibitum
est absque speciali indulto. Aliter gratia saltem
ad Carthusianos. Similiter moniales extra claustra
etiam ad breve tempus exire nequeunt
sine licentia Episcopi.

Liber II
De Rebus

Post jus personarum uti primo objectum juris sequitur alterum scilicet jus rerum, quarum aliae sunt corporales ut res sacrae, sanctae, religiosae et templa. Aliae incorporales quae sensibus externis non patent et quae in jure consistunt. Sequitur singulis his

Titulus primus
De Sacramentis in genere

Sacramenta sunt invisibilis gratiae visibiles formae: Et tria quidem 7. esse fides docet, Baptismus, Confirm. Poenit. Eucharistia, extrema unctio, Ordo et matrimonium. Et haec licet ad vitam caelestem sunt omnia necessaria, respectu tamen efficacius alia sunt necessaria, ut Bapt. Confirm. Euchari: Poeniten: extrema unctio. Alia voluntaria ut ordo et matrimonium. Praeterea vel sunt iterabilia quae characterem non imprimunt, ut Matri: Eucha: extrema unctio Poenit. Vel initerabilia ut Bap. Confir. Ordo. Sacramenta operantur constant ex rebus tanquam ex materia, et verbis tanquam ex forma, et persona ministri. Quae nullo modo omitti vel immutari possunt. Ceremoniae vero quae ab Ecclesia institutae sunt possunt omitti dummodo non ex negligentia vel contemptu.

Effectus sacramenti est gratiam conferre ex opere operato, non ex opere operantis, sed malitia ministri inquinare nequeunt sacramenta.

Titulus 2dus

De Baptismo. Confirmatione

c titulo de sacramentis in genere, nunc in specie et primo quidem de Baptismo. Qui est sacramentum regenerationis, seu ablutio corporis exterior aqua naturali facta sub certa verborum forma, quae interius lavat animam a peccato. Estque triplex flaminis, fluminis et sanguinis. Ex horum baptismus aquae est vere sacramentum. Coeteri effectum duntaxat habent sacramenti.

Materia remota Baptismi est aqua naturalis idque de essentia ejus. Materia proxima est ipsa ablutio. Forma. Ego te Baptizo in nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti Amen.

Minister solennis est sacerdos Parochus vel alius de licentia vel Parochi licentia. In necessitate quilibet etiam infidelis dummodo habeat intentionem baptizare etc. Etiam si nullus adsit mater vel Pater utrique perinde affinitatis spiritualis. Patrini vero qui esse debent sunt unus vir et mulier, contrahunt affinitatem spiritualem cum baptizato, eiusque patre et matre: et non possunt esse Patrini extra necessitatem religiosi,

pariter qui non sunt baptizati nec confirmati
Locus Baptismi est parte facta Parrochialis
non monasteria ubi prohibentur esse Baptis-
teria. nec domus privata nisi regum
aut principum filii vel gravis necessitas.
Confirmatio est unctio facta in fronte
Baptizati crismate ab Epo benedicto sub
certa verborum forma. materia remota
est crisma sacrum quod constat ex oleo olivarum
et Balsamo die Coena Dni per Epum consecratum
materia vero proxima est ipsa unctio in fronte
forma: Consigno te signo Crucis et confirmo
te Chrismate salutis In nomine Patris etc.
Minister ordinarius est Epus
Poenitentia est sacramentum quod contritione, con-
fessione ex parte poenitentis et absolutione
ex parte sacerdotis, conferentis peccatorum
post baptismum commissorum remissionem operatur.
Materia ejus sunt peccata et quidem mortalia
sunt necessaria, venialia sunt sufficiens materia
forma sunt Contritio, Confessio et satisfactio
Contritio est animi dolor ac detestatio de
peccato commisso cum proposito non peccandi
de caetero. Quae si fit propter amorem Dei
est vera contritio, si vero propter turpitudinem
vel poenas peccati est attritio

Confessio Sacramentalis est peccatorum suorum Sacerdoti approbato facta declaratio, ad per Sacramentum eorum remissionem obtinendam quae debet esse integra, vera, dolorosa, accusans et pravare [illegible].

Satisfactio Sacramentalis est passio voluntaria poenae pro peccato a Confessore imposita ad placandum Deum cum proposito amplius eum non offendendi.

Forma Sacramenti poenitentiae essentialis consistit in his verbis Ego te absolvo etc.

Minister poenitentiae est Sacerdos ab ordinario approbatus qui tamen a reservatis S. Pontifici et Episcopis absolvere nequit, nisi ad hoc specialem habeat facultatem, excepto in articulo mortis

Sabbatis 3tius

De Eucharistia. Ordine et Extrema Unctione

Eucharistia est Sacramentum in quo sub speciebus panis et vini transsubstantiatis aut horum alterius verum corpus et Sanguis Christi continetur.

Materia ejus est panis triticeus aqua naturali coctus azimus seu fermentatus. Et vinum de vite cui parum aquae admiscetur.

Forma est haec Hoc est enim Corpus meum. Hic est enim calix etc. Et ex materia, duplici et forma, unum tamen est Sacramentum integrale

Minister hujus Sacramenti est Presbyter rite et legitime ordinatus; jejunus non impeditus

aliquo peccato mortali non tenebitur celebrare, verum
ejus acceptio debet esse saltem semel in anno
circa festum Paschae.
Differt vero a sacrificio missae quod Eucharistia
directe ordinetur ad justificationem nostram, missa vero
ad cultum Dei. 2do quod Eucharistia consistat
in speciebus consecratis, missa vero in consecratione, obla-
tione et sumptione. Sacrificium autem est
cruentum sacramentum corporis et sanguinis
Domini, quod offertur in recognitionem supremi
dominii divini et professionem nostrae servitutis.
Sacramentum ordinis est signum sacrum quo traditur
ordinato potestas spiritualis consecrandi Eucharistiam
vel administrandi sacramenta. Ordines apud Theologos
sunt 7. Ostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, Acolythatus,
Subdiaconatus, Diaconatus et Presbyteratus. Apud
Canonistas sunt novem quia addunt primam tonsuram
et episcopatum. Ordines autem alij sunt
minores ut sunt prima tonsura, Ostiariatus et reliqui
ad Subdiaconatum exclusive. Alij sunt majores
a Subdiaconatu inclusive: dicti ideo majores quia illis
initiati tenentur ad votum castitatis, ad horas
canonicas et habitum clericalem deferendum.
Materia ordinum remota sunt instrumenta sacra. Proxima
traditio et contactus eorum tempore ordinationis.
Forma in collatione calicis et accipe Spiritum Sanctum etc.
Presbyteratus vero accipe potestatem etc.

Minister hujus sacramenti est Episcopus. Et tamen et Cardinalis et Abbas benedictus subditis suis conferre minores ordines ex speciali privilegio

Extrema unctio est sacramentum excuntium quod infirmo in periculo vitae constituto et poenitenti confertur per sacerdotem adhibita unctione in certis membris oleo benedicto sub certa verborum forma cum intentione prolata.

Materia ejus est oleum olivarum ab Episcopo benedictum et vocatur oleum infirmorum, nam oleum aliud est crisma dictum quo unguntur baptizandi et confirmandi aliud cathecumenorum quo sacerdotis manus reges et principes in brachio et humero nec non pectore unguntur, quae olea singulis annis renovari debent in parochiis.

Forma est per istam unctionem et suam piissimam misericordiam, quae forma dicitur profertur ungunturque infirmi oculi, nares manus, aures, os, pedes et renes et quidem renes in solis masculis.

Minister est solus sacerdos sed non religiosus

Titulus IV.

De matrimonio

Matrimonium est legitima viri et mulieris conjunctio individuam vitae consuetudinem continens

Materia remota sunt ipsa corpora contrahentium

proxima est consensus mutuus eorundem.
Forma sunt verba conjugium signa externa consensum dicenti exprimentia.
Minister sunt ipsi contrahentes. Quod nunc de Concil. Trid. requiritur ut matrimonium contrahatur in praesentia proprii Parochi vel alterius de ejus aut loci ordinarii licentia et coram duobus vel tribus testibus
Matrimonium initiant sponsalia. Quae sunt mentio ac repromissio nuptiarum futurarum seu matrimonii. Et hoc contrahuntur a majoribus septennio nisi malitia suppleat aetatem: et contrahuntur tam per se quam per procuratorem, per literas, verba, nutibus vel pure vel sub conditione
Solvuntur autem sponsalia. 1mo per dissensum mutuum 2do per ingressum religionis. 3tio per ordinem sacrum. 4to per nuptias cum alio ante sponsalia. 5to per affinitatem vel cognationem spiritualem supervenientem. 6to per subsequentem fornicationem alterius sive carnalem sive spiritualem usque haeresim vel apostasiam 7mo per supervenientem morbum contagiosum, mutilationem vel notabilem deformitatem cum alterutro contrahentium 8vo per resilitionem vel odia capitalia inter sponsos vel familiarum 9no per discessum et absentiam alterius diuturnam sine scitu alterius. 10mo per lapsum temporis praefixi in contractu sponsaliorum. 11mo per contractum cum alia sponsalia matrimonium de praesenti

sexus quam mortem alterius. Ultimo denique sunt alia impedimenta impedientia, alia dirimentia simul. Impedientia sunt. 1mo Interdictum Ecclesiae vel dein. Ecclesiae est necesse certis temporibus anni nuptiarum celebrationem. Tum quando inhibicionem decreverit. 2do Catechismus seu sponsio spiritualis. 3tio votum simplex castitatis. 4to sponsalia cum alio vel alia. 5to susceptio proprij filij in baptismo. 6to solemnis poenitentiae receptio adolescentibus. 7mo crimen vel haeresis.

Impedimenta dirimentia simul sunt his versiculis

Error, conditio, votum, cognatio crimen
Cultus disparitas, ordo, ligamen honestas
Si sis affinis si forte coire nequibis
Haec socianda vetant connubia facta retractant

His impedimentis dirimentibus annumeratur ex Conc. Trid. absentia proprij Parochi ergo si extra Parochiam sine licentia Ordinarij vel Parochi et sine testibus contrahatur matrimonium non valet sess. 24. cap. 1. de refor. matr. quod intellige quoad receptum scilicet ubi receptum.

Vel Habentur his versibus continentur impedimenta impedientia

Ecclesiae vetitum, nec non tempus feriarum
Atque Catechismus, crimen, sponsalia votum
Impediunt fieri, permittunt facta teneri
Impedimenta vero dirimentia hic.

Error conditio, votum cognatio, crimen
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas
Aetas, affinis, si clandestinus et impos
Raptave sit mulier, nec parti reddita tutae

Compendium Juris Canonici



Quaestio prima In librum I. Juris Canonici
M. Pezzenis

Titulus primus

De jure Canonico in Communi

Quid est jus Canonicum? Jus canonicum nomine idem est quod regula, quia Canon graecum latine regulam significat. Quidditative vero est jus collatum ex Canonibus seu regulis Ecclesiae ad recte vivendum aeternamque beatitudinem consequendam institutis. Atque dicitur lex divina, quia Canones Ecclesiae tanquam conclusiones quaedam ex lege divina veluti ex suis fontibus ac principiis profluxere. Estque itaque est scriptum quod in sacris literis, decretis Constitutionibus Ecclesiae Sanctorumque Patrum sententiis approbatis seu in corpore Juris canonici continetur. Est non scriptum, quod consuetudine recepta in Ecclesia Romana et traditione legitima continetur.

Causa efficiens itaque primaria Juris canonici est supremus legislator Deus. Secundaria est S. Pontifex qui ex Jesu ius met ore potestatem leges condendi eandem cum S. Petro accepit, atque hoc lacitam eorumque decreta robur et authoritatem capiunt.

Causa materialis seu subiectum est homo catholicus ad finem aeternae felicitatis dirigibilis. Causa formalis est forma tractationis. Finalis efficere bonos et scientes tum metu poenarum, tum et exhortatione praemiorum.

Solutiones dubiorum

De jure divino, consuetudine et conditione

Quid et quotuplex est jus divinum? Jus divinum est quod a Deo promulgatur, cujus species sunt jus increatum quod est expressum in cordibus nostris testimonium reddente conscientia nostra, quod etiam dictamen vocitatur. Et jus scriptum creatum, quod continetur in antiqua et evangelio. Antiqua consistit in praeceptis moralibus, judicialibus et ceremonialibus. Moralia spectant ad morum disciplinam, nec per novum testamentum sunt sublata cum sint juris naturalis. Ceremonialia dicuntur quae ad ritus et ceremonias judaicas spectabant, et haec licet mutata sint, non tamen judicialia quae circa administrationem justitiae versantur.

Quid et quotuplex est consuetudo? Consuetudo est jus quoddam moribus introductum

quae pro lege recipitur cum desit lex. Consuetudo alia est praeter legem quae jus novum statuit deficiente lege. Alia contra legem quae non statuit jus novum sed tantum jus dubium interpretatur. Alia contra legem quae tollit legem non divinam et naturalem sed humanam.

Quid et quotuplex est Constitutio? Constitutio est jus scriptum a Principe vel cognoscitivo magistratu juris instituendi potestatem habente. Ex quibus aliae Civiles quas Principes aut magistratus aut populi aliquis faciunt. aliae Ecclesiasticae quae potestate Ecclesiastica procedunt.

Titulus Tertius

De Statutis Conciliorum, Decretis SS. Pontificum et Dictis SS. Patrum.

Quid et quotuplicia sunt Concilia Sacra. Concilium sacrum est aggregatio hominum prudentium, auctoritate Praelatorum convocatorum ad tractandum communi intentione de rebus fidei necessariis, et utilitatem ejus publicam concernentibus. Universalia seu Oecumenica sunt quae a S. Pontifice convocatis ex universo orbe toto Episcopis

ad conciliandas de fide opiniones et ad errorum operationem indicuntur. Particularia seu synodi sunt ad quae non omnes vocantur Episcopi. Quorum alia sunt Provincialia ad quae Episcopi Provinciales, cujusvis Cathedralium Ecclesiarum, et alii jus habentes comparandi vocantur a Archiepiscopo vel eo impedito a antiquiore Episcopo. Haec celebrari debent singulis trienniis approbatione auctoritate a Sede Apostolica. Alia Dioecesana quae Episcopus cum Praelatis et parochis sui Dioecesis quotannis celebrare tenetur.

Quae authoritas Decretorum SS. Pontificum. Decreta SS. Pontificis generalia parem cum Decretis Conciliorum autem habent. Particularia vero restricta ad certas personas et casus non transgrediuntur.

qm. quemadmodum
R. de respondeo
re. remota ut appellatione remota
re. requirere.
Ro. cu. Romana curia
Ro. ec. Romana Ecclesia
Ro. Pon. Romanus Pontifex
Sac. auc. con. sacra autoritate concilij
Sac. ro. ec. cat. Sacra Romana Ecclesia Cardinalis
S. vel s. supra, sicut i. infra.
S. sola vel scilicet
Se. vel sequen. sequenti v. sequentibus
So. solutio
Sub. ap. ob. sublato appellationis obstaculo
Se. va. sede vacante
t. taliter. Item. t. tibi. ti. tit. titulus

Lex. gl. et DD. textq. glossa et doctorestm tracht
t. ꝑ tenore ꝯentiam.
b. uel uer. bertus.
vb. uerbo
Vlt. ultimo
Xꝑs Christus
§. paragraphus
Reperiuntur quidem in vetustioribus juris canonici exemplaribus longe plures tam vocum quam syllabarum abbreviationes quas summo studio collectas hisce animus addere fuit, verum cum moderni Typographi ijs utpote psamatroletis non utantur, ꝯtinuimus.

Sequitur jam Series librorum
Juris Canonici
quorum
I. est Decretum
Hic liber a Gratiano monacho Benedictino circa annum Christi 1151 qui dispersa SS. Patrum dicta in unum volumen redegit compositus est.
Continet autem tres partes principales
I. Distinctiones
II Causas et
III Tractatum de Consecratione
Distinctiones dividuntur in partes centum et unam quarum quaelibet distinctio dicitur; hae deinde subdividuntur in §. et Canones, Canones nunquam propter prolixitatem etiam in §§.

Quantum autem ad modum allegandi quaelibet

Sciendum in toto jure tam Canonico quam Civili, non breviatur principium Canonis, Capituli vel legis sed semper integre ponitur, ut in libro continetur, verba tamen titulorum abbreviantur.

2. Titulus et Rubrica idem significant, et dicuntur tituli ideo Rubricae quia rubro colore potissimum scribebantur.

3. In allegationibus non ponitur quoto libro vel tituli sed saltem ponitur determinatio titulorum

8. In multis decreti Canonibus proponitur vox Palea de qua variae sunt opiniones, quidam enim putant ideo dictas esse paleas quia illa capita leves res continent; alii scribendum censent per diphtongum palaea quasi a graeco τα παλαια antiqua, ita ut ubi vocabulum additur antiquum canonem esse dicunt quod ut in allegationibus tamen vox haec non ponitur sed tantum canon

Allegatur autem in distinctionibus hoc modo primo ponitur distinctio seu dis. vel di. vel d. etc; deinde numerus distinctionis; post numerum initium § vel canonis e.g. quando in distinctionibus non canon sed § distinctionis allegatur sic ponitur dis. 2. § statuendum h.e. in prima parte decreti distinctione secunda in § ejusdem distinctionis, qui sic incipit statuendum similiter dis. 4 § cum itaque h.e. in § dist. 4 distinctionis qui incipit cum itaque. Quando vero canon allegatur tunc pro libitu litera c. quae canonem denotet

Adjicit v. omitti ut dis. 3. privilegia et c. in prima parte decreti in distinctionis tertiae canone illo qui incipit privilegia

Causae sunt XXXVI. hae subdividuntur in quaestiones; istae paragraphos et in canones, hi iterum in §.

Nota causa trigesima tertia habet quaestiones sex quarum tertia non dividit immediate in canones vel in capita, sed interponit ibi tractatus de poenitentia, qui continet in se distinctiones VII. in quas subdividit; hi in § et canones sive capita eorundemque §.

Allegatur in hac parte decreti sic

Per numerum positum ante literam q. sive quest. semper intelligit quota causa, per literam q. vero sive quest. ostendit quaestio, et per numerum sequentem literam q. intelligit quota quaestionis eius causae praemissa ultimo subjungit §. exempl. ut q. 3 § quod autem h. e. in causa decima sexta quaestione tertia eiusque quaestionis § qui incipit quod. autem, quod autem canon ponitur sic 16. appellantem h. e. in causa 2da q. 6 in canone appellantem. vel ponitur canon ut si clericatus 6. q. 1. et sic reliqua. Super addit in gl. tunc locum allegatum in gl. ubi de illo canonis verba tractat

In tractatu de poenitentia allegat sic

de poen. u poe. dis. 1. c. cum inid h. e. in tractatu
de poenitentia dis. 1. in c. cuius dict. quis incipit
dum enim. vel de poe. dis. 2. valida est h. e. in cau.
33 q. 3. in tractatu de poenitentia dis. 2. in can.
vel cap. valida est. Si autem quis capitis addiderit
non ponit principium cuius ut de poe. dis. 3. c. 3 etc.
Hunc allegandi modum legistae non tam stricte
observant, qui eodem fere modo sic, quo in iure ci-
vili allegare solent:

De Consecratione

Tractatus habet solum quinque distinctiones, quarum
quaelibet in plures subdividitur et canones vel
cap. et hoc interdum iterum in §§.

Allegatur ita

De con. vel cons. dis. 2. Saeculares. h. e. in ultima
parte decreti, quae est de consecratione in secunda
distinctionis canone qui incipit Saeculares. Item
de cons. dis. 3. c. Literis vestris etc. venerabiles etc.

Nota quod in qualibet parte decreti sunt distinctiones
observanda est dicta. Quod allegatur distinctio
absolute cum numero sine additione alicuius
ex terminis istis e. g. dis. 1. 2. 3. etc. et mox subiungitur
c. vel canon sunt quaerendi in prima parte
decreti ubi sunt 101 distinctiones. Quod autem
additur de poenitentia ut sic de poenit. 1. 2. 3. hunc
quaeri debet in secunda parte decreti in cau.

pontif. q. 3. ubi porro tractatus de poenitentia qui habet VII distinctiones ut supra jam dictum. Si vero allegatur distinctio cum addit tamen de con. v. cons. ut de cons. dist. 2. c. 3. c. eh. tunc quaerendum in 3tia parte decreti in tractatu de confessione ubi sunt V. distinctiones. et hoc de primo libro.

II. Fuerunt Decretales

Hic liber a Gregorio IX Papa compositus est, qui eundem in unam compilationem per magistrum Raymundum suum Capellanum (quem doctrina inuita Greg. 9. Pont. mire poterat laudandum putat) redigi curavit. Iste enim postquam circa annum Christi 1231 diversas praedecessorum suorum epistolas correxisset hoc modo concordare eas fecit.

Dividitur hic liber in V. libros partiales; hi in multos titulos et Rubricas; ista in capita; capita in § et hi in versus inverse.

Tractatur autem

I. de personis Ecclesiasticis, Ecclesiae ministris, eorumque officiis. habet titul. XLIII

II. De Judiciis et requisitis in judicio et habet tit. XX

III. De vita et honestate Clericorum rebus eorum et rebus Ecclesiarum. h. t. L

IV. De Sponsalibus et Matrimoniis caeterisque affinibus. h. t.

V. Ultimus de accusationibus, criminibus, diversis poenis etc. h. t. XLI.

Juxta vulgarem versum

1. Jud. ep. 2. Judicium. 3. Clerus. 4. Sponsalia. 5. Crimen

Sunt autem omnium titulorum CLXXXV.

It. decretalib. allegat. sic

vel ponit etiam primo initium tituli, deinde capit(
ulum vel initium) &c. e.g. de sum. trin. et fi: cap. dam

namy h. e. in titulo vel rubrica de cretalium de summa

trinitate et fide catho. capite quod incipit dam=

namy. Vel etiam postponit titulus. Ut c. super

quaestionum §. qualem vero de off. et pot. Jud. deleg.

h. e. in titulo de off. et potestate judicis delegati,

capite quod incipit sup. quaestionum et §. quarto. Quomvero

a nonnullis addit. numerus capitis et more

quod legistas usitatissimo ut c. in presentia 14. de

sponsal. et c. dominus 2. de secund. nup. h. e in

cap. 14. tituli de sponsalib. qui incipit in praesentia

et c. 2. domin. tit. de secundis nuptiis vel solo

numero capitis atque nulla determinatione ponit

ut c. 10. de purgatione. It quidq. posteriores modi

allegandi sunt facillimi, at verum debent se ad

Nonis editionib. juriscan. ubi capita eleganter

per numeros sunt distincta.

Notandum hic quod in summa de capit. in sum:

ma discana, vel alicubi in libris juris ponit autem

itas ex decretalib. mne allegat extra et ex[illegible]

caput extra corpus decretorum scriptum. Al textum vel

cretales enim paulo antequam in ordinem [illegible]

dacta erant, extravagantes erant, quod vagabantur

extra illud volumen. Hodie autem prmodernos Canonistas capita in decretalibus, in sexto similiter et Clementinis, non allegant extra, quod talia capitula non vagantur modo extra corpus Juris canonici. Sed legistae etiamnum praedictorum librorum textus allegant extra vel X ideo, quod sunt extra corpus sui juris et civilis, de illis autem, quos Canonistae adhuc hodie extra alle gant, infra suo loco dicetur. Vid. Lud. 2. lib. Juris can. cap. 13.

III. Qui vocatur Sextus

Hic post decretalium librum, cum aliae multae decretales posteriorum Pontificum epistolae utpote Gregorij X. Innocentij IV. Clem. IV. et aliorum exstarent, jussu Bonifacij VIII. qui suas etiam epistolas addidit, est compilatus. Noluit enim Bonifacius epistolas in Sexto comprehensas inseri in libris decretalium Gregorij ne libri illi antea scripti redderent imperfecti et inutiles, item ut hi nos duplici impensa onerarentur, si habentes librum decretalium Gregorij, decretales Bonifacij nequirent seorsim habere, sed totum volumen cogerentur sibi comparare. Quare has novas decretales jussit separato volumine describi et Sextum appellari non ideo quod ille cum alijs quinque decretalibus libris decretalium in unum volumen sextus connumeretur, sed quod literis spectatis post dictos

quinque edita supplens defectum diversorum casuum, & alijs non comprehendendorum.
Est autem hic liber sexto eodem ordine conscriptus quo decretales, hinc eodem modo sicut decretales in V libros partiales divisus, et quilibet horum librorum in titulos, hi in capita, hoc in §.
Continet titulos quinis liber
Liber 1. 22. lib. 2. 15. lib. 3. 28. lib. 4. 3. lib. 5. 13.
Summa autem omnium titulorum est LXXVI.
Et quamvis in Sexto non sint tot tituli sicut in decretalibus, nec tot capitula in titulis, tamen ubi defecit aliquid non plene decretum in decretalibus id ponitur in sexto.
Allegatur autem
Eodem fere modo quo in decretalibus, hoc tamen diversitatis inest, quod in sexto allegando semper in fine additur lib. 6. v. in 6to. praeter distinctionem librorum quia omnem Rubricam Sexti sunt etiam in decretalibus, sed non vice versa, debet ergo ad titulum post c. addi lib. 6. v. in 6. ut sciatur esse in sexto. Sequitur jam liber
IV. Clementina
Sunt Clementinae constitutiones, quae à Clemente V. inceptae et editae sunt sub anno Christi 1311 in Concil. Viennensi sed ipse Clemens morte praeventus ad publicum non perduxerit sed postea eum Joannes XXII complevit, correxit, in quibusdam mutavit.
Appellantur autem Clementinae, quia à Clemente fuerunt compilatae de quo videatur Joan: de Cardinale autem dicunt illi qui in allegationibus hun

librum vocant septimum, q. dicta Clementinae constitutiones non sunt numeratae sub numero libri, ideo debent intitulari Clementinae.
Dividuntur autem eodem modo in V. libros sicut decretales et sextus juxta materiam supponitur verso judex, judicium et habet.
Lib. 1. titulos 11. lib. 2. titulos 12. lib. 3. tit. 17. lib. 4. titulum 1. lib. 5. titulos 11. summatim 52.
Allegantur etiam fere sic sicut in decretalibus tantummodo quod sicuti in sexto additur lib. 6. ita hic in clem. vel clement. Et hoc addiamentum praeponi vel postponi e.g. De hered. multorum d. c. in clem. vel sic clem. attendentes de statu monach. etc.

Liber ultimus Juris Canonici
V. sunt extravagantes
Post compositionem enim Clementinarum Joannes XXII quasdam decretales addidit quae vocantur extravagantes Joannis XXII et dicuntur ideo extravagantes (ut supra notatum) quia vagantur extra volumina Juris Canon. Et sunt numero XIV. distinctae eodem ordine, quo aliae decretales sed in uno indiviso volumine continentur.
Variae etiam in unum volumen collectae sunt constitutiones posteriorum Pontificium quae vocantur extravagantes communes eo quod non sint ab uno Pontifice ut extravagantes Joannis XXII.

Diuiduntur etiam in V. libros decretales Sextus
et Clementinae; sed quartus liber vacat quia
nullae decretales repertae sunt in eum librum
referendae: sicut et in Clementinis unus tantum
est titulus et una constitutio libri IV.
Omnes ergo decretales Romanorum Pontificum
comprehensae his V voluminibus dicuntur
I. Gregorianis decretalibus
II. Sexto
III. Clementinis
IV. Extravagantibus Joannis XXII
V Extravagantibus communibus
Modus allegandi hic idem qui in Clementinis
talem quod loco Clemen. ponitur extravag. c. ex
v. g. vel c. un. extravag. Joan. 22. de maj. et obed.
h. e. extravagante unica Joan. 22. sub tit.
de major. et obed. et similiter in extravagantibus
communibus c. com. execrabilis de praebend.
et dig. h. e. in extravag. cum incip. execrabilis
sub tit. de praebendis et dignit.

Haec de Jure Canonico quo absolu-
to sequitur

Jus civile Romanum

De libello

Post peractum processum contumacialem exhibet actor libellum qui est brevis et ordinata scriptura, claram actoris continens intentionem eamque judici et reo clare demonstrans. Est autem v. conventionalis v. civilis v. criminalis. Iterum aut est simplex seu summarius idem est qui proxime in citatione literali contenta aut viva voce in judicio exposita. Aut articulatus seu ordinarius cujus hoc forma traditur etc. Libellus autem conventionalis debet haec continere, quid, quis coram quo, quo jure petat et a quo. Libellus in omni quidem causa offerendus est, et quandoque cum inscriptione ad poenam talionis. Praeterquam in causis levibus et levium personarum. Sententia vero judicis debet conformis libello, praeterquam quod plures includuntur actiones. Licitum autem est libellum corrigere usque ad sententiam et quoad accidentalia. Nam quoad substantialia praeciti ante litem contestatam

De copiis

Actore libellum offerente, aut actum producente reus a. Reus copiam productorum petit una cum termino seu induciis, quae deneganda non est dummodo petatur

Non debet Notarius tamen actoris procuratoris copias extradere, quae sint decreta contra judicem. Si vero denegentur a Judice caret remedio appellationis. Nec tamen perceptionem copia libelli inducit consensum in jurisdictionem. Neque etiam expensae nomina testium poni debent

De Exceptionibus

Exceptio est exclusio actionis. Exceptio autem generice alia est dilatoria, alia peremptoria alia anomala seu mixta. Exceptiv autem Exceptio alia est emergens quae non tangit negotium principale sed tantum processum v.g. personas interenientes ut defectus jurisdictionis, inhabilitas actoris etc. Alia est incidens quae concernit negotium principale ut est exceptio pacti de non petendo rei judicatae juramenti delati. Dilatoriae exceptiones aliae sunt quae respiciunt personam judicis et dicuntur declinatoriae fori, quaedam respiciunt personam litigantium et dicuntur exceptiones legitimationis personae. Quaedam respiciunt libellum seu eius impetrationem.

Exceptio illa quae dicitur declinatoria fori non solum
ante litis contestationem sed ante omnes alias oppo:
nenda est, alias non potest opponens declinare
jurisdictionem. talis fuerit simul cum aliis opposita
v[el] nisi de novo emerserit, v[el] per ignorantiam omissa
fuerit. Ista autem declinatoria fori seu in:
competentia et recusatoria judicis seu negatoria defectus
jurisdictionis. Exceptio autem est improrogabilis v.g.
quam saecularis obiicit contra judicem clericum et
tempore obiicit, et reddit judicium nullum. Aut pro
rogabilis et hanc eximius solum ante litis contestationem
esse opponibilem, sugillatque solam jurisdictionem
quod allegatur aliquod privilegium exemptionis aut causa
exempta [illegible] et judex de illa cognoscere potest. Reme:
dium tamen habet pars appellationis, si judex se
declarat competentem. Sive vero opposita sit [illegible] persona
iterum ista declinatoria aut est suspicio et de illa
cognoscunt arbitri non ipse judex, quos arbitros partes
ipsae sibi eligunt, qui si veram declinatoriam invenerint
remittant ad alium judicem, si non ad eundem.
Aut sugillat vitium aliquod judicis v.g. si esset excommu
nicatus, [illegible] tunc superior vel aliud a superiore
deputandus cognoscit.
Exceptio legitimationis personae litigantium contra

Actorem quidem excipitur quod sit filius familias minor 25 annis, servus, religiosus, excommunicatus, furiosus, infamis. Contra Procuratorem excipitur quod is miles sit, mutus, surdus, de crimine accusatus, excommunicatus, bannitus etc.

2da species dilatoria ratione libelli et negotii excipitur quod libellus sit obscurus, generalis, ineptus, ratione ad tempus feriarum vel ad locum non tutum. Plus petitionis plus autem petitur causa, tempore, re, loco. Praejudicialis est quia dependet causa principaliter intenta, quod hoc infert processum principalis causae donec fuerint super ea pronunciatum v.g. petit aliquis hereditatem excipitur contra eum quod natus sit ex illegitimis parentibus, exceptio igitur litis hered. prius est examinanda etc.

Perpetua seu peremptoria species principales sunt doli mali, metus, pacti, ...menti perpetui etc.

Anomalarum species sunt excommunicati actoris, falsi Procuratoris, non numeratae pecuniae, dotis non solutae, matrimonii non initi. Unde generaliter Exceptiones declinatoriae sunt discutiendae, dilatoriae adimplendae, seu rejiciendae. Peremptoriae ad mentem causae reservandae.

Hepar

de jure Ungarici hujus regni sunt. 1mo declinatoriae fori. 2do dilatoria, 3tio peremptoria, quarum inferendarum talis ordo. 1mo exceptio contra actionem. 2do contra positionem citationis. 3tio contra formam et personam judicis. 4to ex parte personae rei. 5to contra personam actoris. 6to contra formam citationis. 7mo contra Processum et fatalia tam et praescriptionem. 8vo dilationes sive ordinariae de quibus dictum, sive extraordinariae quales sunt trium, Leuptio, promissum.

De Replicationibus

Replicatio est exceptionis exclusio dicta sic quod per eam replicatur hoc est in nihilum resolvatur facta rei exceptio.

Hoc replicatio actoris si rursum alia exceptione Rei eneruatur vocatur duplicatio. Item contra duplicationem triplicatio, quadruplicatio etc. Haec tamen multiplicatio de jure Canonico non admittitur, saltem quoad testes antea inductos quos 3tio reproducere non licet.

De Interlocutorijs

Judex ubi pars in principali negotio procedere non vult sed aliquas ad eludendum actionem et intentionem actoris proponit exceptiones, illas audire omnino contrarias replicationes admittere et interloqui debet

Interlocutoria est sententia quae super aliquo inci denti pro principali negotio indeciso pendente fertur. Alia est vim definitivae habens, per quam judicis officium expirat, qualis est declinatoria servorum incompetentiae, qua allegata non potest judex fundare jurisdictionem nec ad ulteriora procedere alias gravatus appellare potest. Alia per quam judicis officium non expirat sed ad ulteriora potest procedere et de qua appellatio refutatur.

Super declinatoriis itaque judex interloqui debet et tacite vel expresse aut ad superiorem referre aut ad arbitros. Eandem emergenter admittere ac super iis interloqui. Si vero incidentes tanquam principali negotio decernere potest. Si vero exceptiones declinatorias nullo modo cognovit sed ad ulteriora processit judicium nullum est. Si vero acceptavit et pronunciavit expresse pars tenetur appellare vel si non fundata sit jurisdictio.

Interlocutoriam tamen sententiam revocare potest judex et facta revocatione in causa ulterius procedere etiam nolente parte et appellante. Limitatur tamen in sententia vim definitivae habente. Post inhibitionem

intimati

intimatam per Judicem a quo transijt in rem judicatam. Quod res non est integra revocari nequit

De Appellatione ab Interlocutorijs

Si aggravatus sentit ab Interlocutorijs, resideriis appellat sed principali protestari debet de gravamine et appellare. Partis igitur gravamen allegantis protestationem et appellationem instanti factam respectat judex. Ipsa iterum appellante et Apostolos petente, tamen Judex petitis in decendi parte sic appellans stepatur demeo quod non recedat ab appellatione, quam intra decendium coram legali interposuit et dedicatam inscriptis. Licet autem post lapsum decendij parte interim non appellante transeat sententia in rem judicatam, Instantibus tamen Extrajudicialibus ut Repulationum, solutionum, quiam querela, vel exceptionis in integrum etiam post decendium pars audit gravata

Etsi ordinarie a Officiali et Vicario generali non appellatur ad Episcopum cum sit unum utriusque tribunal, tamen nihil impedit quominus ab Interlocutoria Vicarij ad Episcopum quiam securius et gravamine provocetur. Quando autem a quo judice non est, Si exhibuerint

Judex ad quem, si interlocutoria intulit gravamen irreparabile, et opinionem irrefutabilem. Inhibitione facta si nihilominus Judex a quo in causa procedat, tunc omnia acta post inhibitionem per viam attentatorum revocantur absque ulla causae cognitione, etiamsi postea inveniatur appellatio minus justa. Attentata vero ante inhibitionem, non revocantur nisi secuta victoria in appellatione.

Ante omnia admissa appellatione Judex extra: ditur decernenda citationes cum inhibitione et Compulsorialibus instante parte, visisque actis seu Processu transmisso ad quem appellationem injustam invenerit remittet causam ad eundem Judicem a quo. Si vero justam utpote quia ex multis gravaminibus unum erit verum, tunc ipse procedet in tota causa, et appellatio ab uno articulo seu gravamine verificato devolvet totam causam respectu omnium aliorum gravaminum suspensum.

DE Processu Reconventionali

Reus cum nulla sibi superit exceptio quo eludere possit intentionem actoris, recurrit ad beneficium reconventionis, qua petit Actorem ad respondendum in connexo et separato stringi. v.g. cum agitur bonum dividendo, familiae herciscundae, vel ex mutuo rogante opponit ex legato.

Reconventionis species sunt 4. 1ma de Civili ad Civilem nisi forte causa repugnaret ut si spoliatus petens per spoliatum reconveniatur, Ante omnia enim spoliatus restituendus. 2da de Criminali ad Criminalem qua tamen de jure non est admissibilis, quia non relatione Criminis sed innocentia reus purgatur. 3tia de Civili ad Criminalem quo casu causa criminalis prius cognoscitur et determinatur. 4ta de Criminali ad Civilem hoc non procedit coram eodem judice ob privilegium Criminalis Causae. Statutis tamen hujus Regni reconventiones prohibentur.

Conveniunt inter se conventio et reconventio primo quia eundem habent judicem sive Ordinarium sive delegatum. 2do quia habent eundem ordinem procedendi [illegible] causa conventionis simul et principium [illegible] cum causa reconventionis unica per sententiam

3tio quod si appellatio fuerit remota in conventione, in illa remota est in reconventione. 4to quod si causa conventionis fuerit summaria et reconventionis plenaria, tamen nihilominus per conventionem trahabitur summaria.

Disconveniunt interim 1mo nam in conventione et actor ex privilegio sui personae et rege ex lege etc. vel etiam privilegio possunt forum declinare, sed in reconventione tam actor quam reus tam leges factus, actor tenetur coram judice conventionis etiam causam reconventionis terminare. Ubi nam in conventione clerici etiam volentes non conveniuntur coram judice laico secus est in reconventione etc.

Reconventio fit ordinarie ante litis contestationem vel etiam in ipsa litis contestatione, vel saltem post ante quam juretur de calumnia. Quo etiam imo durante novo judicio procedatur, in causa conclusa tamen non fuerit. Id diverso pro diversitate temporis propterea etiam effectu.

De Litis Contestatione

Postquam judex replicationes et exceptiones discussit, pronunciatisque illis aut causam ad arbitros delegando aut si partes in probatione defecit, nunc procedendum

interloquutoriam seu per sententiam vim definitivae habentem litemque contestandam seu de vrate respondendum partibus decernit.

Litis contestatio est initium seu fundamentum judicii et unumquodque ejus substantiale et penditur a citatione ibi a litis contestatione incipit initium judicii. In judicio ordinario in est necessaria ut omissa nullitatem producit, et remittatur etiam de consensu partium aut antecessoris

Et hoc in Civilibus. In Criminalibus enim licet de jure idem procedat de consuetudine tamen et constitutione fallit sive procedatur ex officio sive ad instantiam partis. In omnibus quoque causis summarijs in quibus summarie proceditur non est de necessitate litis contestatio. Item praedictis quando ad praejudicium in casu appellationis.

Contra actorem conventum dummaceum deueniret litis contestatio ad defensionem ut ejus, et in converso contra reum.

Per defensionem positionibus ab actore factam in summarijs in quibus litis contestatio fuerit responsiva, sive negativa sive dubia, in ordinarijs autem hoc negatur procedi.

Etiamsi autem reus non consentit se habere animum litem contestandi, videatur nihilominus litis contestatio cum hac tamen distinctione aut enim potuerit et

libellus oblatus ipsi indutaest litiscontestatio. Ad
quod insufficiens libellus sine petitione et conclusione, quia
casu 2 agatur coram Principe inducit litiscontestatio
si coram Judice non inducit. Aut nullus oblatus
ratus libellus et ibi casu simplex confessio rei ex
eo quod habeat animum litem contestandi nullam
inducit litiscontestatione.
Reus autem nolens litem contestari et agi judicialiter
per captionem personae vel pignorationem vel per missionem
in possessionem vel denique per carceres.
Ad judicium actoris contumaciam rei nequit Judex de
jure litem pro contestata declarare, consuetudine
tamen potest Judex litem pro contestata declarare in
contumaciam rei quo de more habetur pro confesso et convicto.
Effectus litiscontestationis sunt 1mo perpetuitatem
dilationis. 2do reddit adversarium in mala fide
quoad fructus. 3tio perpetuat actionem personalem
4to interrumpit praescriptionem, 5to efficit ut hi qui
et sibi proveniunt quirem habent exemplum per potestatem
substituendi substituere possunt. 6to obligat actorem
judicialiter ut ab ea recedere nequeat.

De Juramento Calumniae

Primus effectus industo sequens litem contestatam est juramentum calumniae. Non tamen hoc est de ordine substantiali Judicii ut initio dictum est ergo Juramentum calumniae in quacunque judicii parte potest exigi. Stante litis contestatione pars jurat de calumnia si vult, et exigitur. Post hoc dicitur jurare exigente parte cogitur omnino sub poenis in loco descriptis etiam post conclusionem in causa et sententiam latam imo et in causa appellationis. Et semel quidem factum exigi nunquam potest in 2da instantia. Juramentum tamen calumniae est de credulitate non veritate, et si non praestatur non est de substantia Judicii et actor nolens jurare de calumnia cadit ab Actione et Reus habetur pro confesso. Etiam si dominus litis juraret et Procurator jurare nollet in propriam animam. Fallit tamen si juramentum peteretur super aliquo certo articulo non super tota causa. 2do in casibus in quibus recusans jurare de jure non tenetur ad jurandum. 3tio in casibus spiritualibus et Criminalibus nolens enim jurare non habetur pro confesso

Pars tamen nolens jurare ni sibi prius dicat Dn̄ati ad audientiam propriam perdetur. Licet Principalis sit absens et Procurator habeat specialissimum mandatum ad jurandum admittitur ad juramentum tale. Sed si non debet non admittitur, sed de ea datur delatio ad adventum Principalis et mittitur ad absentem juramentum tale. Quod si in remotissimis agat partibus Principalis tunc etiam sine mandato speciali admittetur Procurator ad juramentum tale in animam Principalis.

Datur appellatio a declaratoria super poena jurare nolentis de Calumnia

Juramentum Calumniae est exigi et exactum debet praestari generaliter in qualibet causa tam Civili quam Criminali. In actibus tamen ubi non petitur ubi non est ex animo non tempore in titorijs non exigendum. Item in causa voluntaria Jurisdictionis. In casu quod Judex procedit ex officio quo ipse non jurat de calumnia debet tamen jurare in principio sui officij. In feudalibus quoque non juratur de calumnia. In fisco de stricta trine licet de jure deberet jurare.

Actor tamen prius jurat deinde Reus. In Interim ordine iste non de substantia processus est

Dilatione seu Termini Probatorij.

Lite contestata juramentoque calumniae deposito Actor, a Rabiniko Processus libellum non articulatum sed summarium exhibuit: quo commodius ea quae libello complexus est atque quae per Reum negata sunt deducere possit, veritasque Judici tanto plenius pateat, positiones et articulos exhibita atque eisdem libelli exhibiti facilius eliciat, et abdicere probandi libertatem distincte conscribit, et ut conscriptos Judici exhibeat Dilationem seu terminum judicialem assignari petit. Dilatio autem est facultas cuiusque agendi intra tempus praedefinitum a lege vel a judice et partibus concessa. Est ut litigatores interim valeant necessaria processum positionum, probationum et assertionum expositionem instruere. Dilatio alia est legalis quae datur ab ipsa lege sicut tempus ad appellandum 10 dierum. 20 ad repetendum libello. Alia conventionalis quae est de partium consensu alia judicialis quae datur ex arbitrio judicis.

Alia denique est citatoria quae assignatur in ipsa citatione ad comparendum. Est et probatoria

qua dat, reo ad responsum oblato per Actorem libello.
Sequuntur deinde in processu Interlocutoriam qua datur
ad opponendum omnes exceptiones declinatorias.
Interlocutoriam qua datur ad allegandum in causa
hoc est ad opponendum exceptiones etiam peremptorias
In probatoriam quod dantur testes ad probandum, et ad
probandum. In definitivam quo datur ad decidendum
negotium. Denique In Judicatoriam qua datur
Judicatis et condemnatis.
In praxi autem scriptorum post litem contestata
obtinent sex terminos [illegible] litis sunt ad ponendum
et articulandum seu capitulandum. Alij ad dicendum
contra positiones et articulos. Alij ad dandum
contrapositiones articulorum positiones.
Termini Interim post litem contestatam sunt alij
Dilatorij quot sunt ad ponendum ~~[illegible]~~
et articulandum ad dandum contra articulos ad addu-
cendum omnia, ad dicendum contra producta. Alij vero
Substantiales qui omissi si non habeant [illegible]
ut ad dicendum contra admissionem ad libellandum
ad declarandum Cf. Ali vero interim sunt [illegible]

De Positionibus, Articulis, et Articulandis

Positiones in Jure dicimus: breviter recensitas facti partem ad veritatem ab adversario eliciendam assertiones. Articulos nuncupamus partem narrationis Actoris continentem ea quae probare intendit, quocunque genere probationis. Capitulum nunc utramque et positiones et articulos intelligimus. Actor igitur vel ejus procurator probaturus ea quae in libello proposuit, et quae per Reum negata sunt, dubitantur, petit judicialiter, ut judex det terminum ad ponendum et articulandum, qui si non est, adeoque in absentia rejicit citationem decernitur alterum vel ejus procuratorem ad ponendum et articulandum. Cavere autem debet Actor ne impertinentes exhibeat positiones alias judex repudiare cas potest nisi ob favorem continentur, et adjuncti fuerint impertinentes. Impertinentes autem dicimus eas irrelevantes, quae ex actis et corpore libelli non sunt desumptae, unde gratiae confessi fuerint ab adversario neque Actorem juvant. Quodsi judex dubitet sint pertinentes vel impertinentes in positione omnium admittit hac forma seu clausula admittimus salvo jure

impertinentiam et non admittendorum positionis alterius et articulos admittit.
Oblatis igitur in termino positionibus, deinde petit sibi [illegible] et [illegible] ad [illegible] pars. Quo termino adveniente idem reus exceptiones si quas habet opponit, dicendo non esse admittendos articulos, ut [illegible] sunt impertinentes [illegible] [illegible] quo interloqui debet judex, articulos esse non in causa vertente admittendo, [illegible] si [illegible] autem nullas reus habeat exceptiones [illegible] in termino [illegible], debet singulis [illegible] pure, clare et simpliciter respondere per verbum credo vel non credo. [illegible] facta [illegible] et articulos considerabit ponens an testatus et omnibus articulis sit responsum, si igitur videat confessionem articulorum [illegible] [illegible] interventionem [illegible] petet [illegible] [illegible] [illegible].
[illegible] petet se admitti [illegible] [illegible].
[illegible] autem in [illegible] articulis habet [illegible] quod sunt [illegible] principali [illegible] [illegible] sint [illegible] litis contestationem. [illegible] ut [illegible] et [illegible] monitio ad [illegible] interventicab. [illegible] ut compulsio ad [illegible] sit [illegible] ad [illegible] [illegible] ut ponens jurat.

Admissione facta juramenti datur Actori monitorium ad adversarium ut infra triduum sub poena Legis contrariis singulis articulis respondeat. Principalis autem ipse respondere debet, nisi principalis sit persona Nobilis quia talis cum consensu Procuratoris respondere potest. Item si causam antecessam habuit, Item nisi Procurator habeat speciale mandatum ad respondendum et pars de principali non opponat.

De Probationibus in Genere

Negative respondente Reo ad positiones Actoris, ad [illegible] Actor petit se admitti ponentem, affirmanti enim incumbit probatio quia esse rei dubiae in judicio certae facta declaratio.

Duplex autem est probatio Plena quae [illegible] sine [illegible] adversus probationis, ita ut ex illa sola Judex procedere possit ad sententiandum in causa. Semiplena quae per se non concludit sed cum concursu alterius probationis.

Plenae probationis species generales sunt 6. Confessio rei, testium productio, Instrumentorum editio, Notorietas seu facti evidentia, juramentum, et legitima praesumptio.

Semiplena pariter 6. Testis unus fidei probatae, fama publica, [illegible], scriptura publica, scriptura privata, inspectio corporis.

Officio se praestandi inter utrasque partes arbitrarius est
Unde Judex pro qualitate causae testium dispositioni
et fueritioni indutione decernit, dummodo non aggra:
vet partem, aliás appellare potest.

Si Debitor defectu paupertatis probationum et nihil
habente absolutus sit et expensas ab Actore habeat
uno et adjudicationem Dei de qua actione etc.

Si vero inopiam libertati quod actori suppetant quia
aliqua probabiles dat ambigua aut earum idonea
et tanne, ideo ab uno collitigatorum juramentum
exigere potest. Tanto magis si Actor in supplementatum
sua probationis trahit se ad juramentum, cui deferatur.

De Confessione Partis

Confessio est sive debiti sive debiti sive facti
recognitio. Alia ergo est Judicialis alia extraj:
udicialis utraque contra plene probat, si regulariter
facta sine fiat facta in judicio v extra. Ad facta
in scriptura privata. Vel facta contra contractus
redacti in instrumentum. Vel facta in libro rationum.
Caetera autem regula hic continentur versiculis
Major, sponte, sciens, contra se, ubi jus fit, et hostis
Certum, corpus, pro judice, jure
Damnatur, nisi jus subveniat vel naturam repugnet

Ut confessio extrajudicialis valeat plene probet debet esse praesente parte duobus testibus praesentibus. Si vero absente parte fiat coram duobus testibus semiplenam duntaxat facit probationem.

Procuratoris confessio non nocet Dno absenti nisi specialem mandatum habuerit. Ut autem revocetur confessio Procuratoris debet Principalis probare errorem facti ante negotium finitum. Tutoris vel Curatoris confessio pupillo etiam adulto pariter nocere non potest.

Posterior tamen confessio priori non derogat. Si tamen error facti intervenerit. Formalitas servandis attendi debet per allegata jura et regulam Ignorantia facti non juris excusat.

De Testibus

Dato termino ad probandum si reus positiones negaverit actor facit citari testes ad jurandum et deponendum testimonium, et simul adversarium citat ad videndum testes et audiendum dicta eorundem alias in contumaciam admittendos. Testes alij sunt probatorij quos tam actor quam reus pro sua

intentione formanda induit. Et reprobatorij
quos dantes sua testes probatoriis induerunt h:
contra reprobatorios et non ultra. Multitudo tamen
testium temperanda diversis modis regnorum
consuetudinum.
Possunt etiam ante litis contestationem exa-
minari ad futuram rei memoriam testes quibus
is qui debet intentionem agendi vel defendendi
ne testes moriantur vel absint longius, servatis
tamen casibus licitis utrumque publicentur nisi post
litis contestationem quod ut actor futurus qui
fecit examinare testes ante litis contestationem
infra annum agat vel saltem Deo denunciet
testes fuisse examinatos. Citari tamen
debent testes aliquis sponte se offerens repellitur.
Iurare debent testes aliter si iurati nihil probant.
Quod tamen in testibus [illegible] non procedit
quem quando iuramentum a partibus remittitur nisi
quod pro bono publico animae periculum illud transi-
rat. Laicus super [illegible] imagine
Clericus super evangelio, clericus tacto pectore.
In Polonia autem nobiles ad [illegible]
[illegible]

Procuratore teste inducente et admitti petente
altera vero parte se opponente de dandis interro-
gatoriis contrarium et dicta testium inadmissionis
contra consentiat vel etiam incontinenti contra illas
personas quae de jure sunt inadmissibiles excipiat.
Testis nollens deponere testimonium cogi potest
et nobilis subditos suos magistratus testes
hos cutere debet ad testimonium. Excipiuntur
qui sunt detenti aliquo justo impedimento ut sunt infirmi vel fatui
ut senes, valetudinarii, nobiles, publicani, pu-
pilli, mulieres personae illustres et doctores et
alii in dignitatibus constituti in domibus tamen
eorum magistri officiose testari agantur.

Judex autem ipse expedit examen testium
vel examinationem alicui committit. Examen vero
examen separatim singulorum testium primo
super articulis generalibus deinde specialibus tandem
recepta depositiones testium in [illegible]
gestis inadmissibilitatis adversariisque ad videndum
et audiendum dicta testium [illegible] Termino
conveniente comparente [illegible]

adhuc. Adversarius excipit contra testes quod
sunt excomunicati, infames, banniti, impuberes
furiosi, servi, liberi, parentes et alias admitti
nec ipse judex supplere hunc potest defectum
Contra dicta testium excipit quod variant, quod sibi
contrariantur, quod sunt singulares, quod non super
interrogatoria examinati, quod non jurati etc.
V. contra probationes reprobationes inducit reus
Attamen actor tenetur ad illas replicare et admitti
respondentes testes judex recommendare debet
Singulares in summariis probant. 2do in quibus [illegible]
possessoriis. 3tio Ubi [illegible] communis [illegible]
[illegible] Principis specialis aut societatis si in [illegible]
agatur de commodo creditorum non autem de
incommodo. 4to [illegible] [illegible] [illegible]
dicto fides est data. 5to quando [illegible] pluries ne
querat non agatur de gravi praejudicio testis etc.
Testis juratus si deliquerit perjurii jure canonico punitur
[illegible] ab officio. Jure civili punitur poena ordinaria
[illegible] ultimo supplicio [illegible] poena.
Testis non juratus punitur poena arbitraria.

ficans sint utriusque partis testes servanda regula Juris. Cum sint partium Jura obscura, Reo favendum est potius quam actore. Nisi favorabilis causa sit ut si agatur de libertate, dote, testamento, matrimonio etc. tunc potius militet pro Actore quibuscunque allegabit.

De fide Instrumentorum.

Instrumentum est scriptura rei controversae ad fidem faciendam. Instrumentum aliud est publicum quod a manus publicas id est Notarii confectum de cujus fide dubitare non oportet. Aliud privatum quod nulla authe publica sed ab aliquo privato conscriptum est, dicitur chirographum, cautio Epistola missiva etc., probat tamen contra confitentem contra se plene, denegantem minime nisi testibus fulciatur et quidem hypothecis aut sigillo authentico muniatur, quod si desunt adminicula comparatione literarum aut juramenti [illegible] delati res explicantur.

Solennitates Instrumenti sunt Nomen Invocatio [illegible]

2do nomen Papæ v alterius Principis, annusq
pontificatus. 3tio Annus Dñi. 4to Indictio
5to mensis et dies Instrumenti. 6to locus ubi.
facti. 7mo testes. 8vo nomen Notarij. 9no subscriptio
eiusdem Notarij. 10mo quanti stetit Partibus. 11mo
nomen Comitis et alia quæ amplius observat.
Instrumentum publicum crimine facium plenam
fidem meruit, nec in contrarium probationem admittit
v testibus v alijs instrumentis refellitur.
Excipit tamen contra Instrumenta 1mo suspicione falsitatis
2do de rasura in loco suspecta. 3tio quod indictione
loquantur nec eam continent. 4to quod sint corrupta
ab eodem facta sibi contraria. 5to quod non habeant
sigillum v habeant sine literis legibilibus erunt
in fractura enormi. 6to quod vitium grammaticale
contineant, intellige in scripturis Papæ non vero in alijs.
Pars quidem Status retinendi Instrumenta Scabellum
Ideo utrique parti sunt communia v traditor
privilegiatus ut si causa sit maxima, contra tradens
et tenens recipiendo fiat auctor.
Producens in judicio instrumentum praesumptum est aliter

illa exhibere, quae si pro se tum contra partem adversam faciunt. Nec ille si aliqua in ijs reperiuntur contraria videntur, fidenus et pro se et contra se fateri.
Liber Beneficiorum plene probat, et liber Da: rechi magnam facit probationem.

De Notorio

Notorium est quod importat evidentiam rei adeo ut nulla tergiversatione omnino negari non possit, est quod omnibus notum. Notorium aliud est facti, aliterum vel facti permanentis v. g. quod collegium juridicum sit Cracoviae vel facti transeuntis seu momentanei ut verbi notorii. Vel facti interpolati v. g. usurarius licet non semper foeneret. Aliud est Notorium juris et hoc iterum v. g. est degno aliquis est condemnatus in judicio, vel quod multis v. g. quod est sponte confessus.
Notorium a manifesto differunt. Notorium est quod omnibus, manifestum quod multis notum est. Notorium est quod habet causam permanentem manifestum quod momentaneam
Evidentia patrati sceleris non indiget clamore accusatoris. Sicubi ita publicum est ut merito

debeat notorium nec tale cognitum est nec cum
Avenpublicum esse non ex evidentia sed ex fama
adstand hoc condemnationem non sufficient
testimonia. Ad 3tium habeat distinctio hujus
ubi ex ea scandalum generetur in populo, hunc
et canonica purgatio est inducenda.
Notorium inducitur 1mo confessione judiciali. 2do
recognitione coram parte. 3tio probatione judiciali
inter partes duntaxat. 4to re judicata. 5to tum
quod viri seu instantis publicis esse non ex fama
multis ex majori parte viri. 7mo facta publice
ad minimum coram 10 viris. 8vo experientia in aliquo
judicio inducitur notorium coram judice cato.
Notorium inductum sententiam est notorium
praesumptionis. Quod in notorijs ant recipi testes
ante litis contestationem, 3tio sententia qualis ubi
factum est notorium licet judicii ordinem
4to In notorio potest judex plurimum informando etiam
parte non citata. 5to in notorijs judex procedit
sententiando sed exequendo. Ut ex sententia debet
tenendum plane declaratoriaque sententia
ipso re. 7mo in notorijs facti ordo juris non

...ratorium parti nulla conqvestione obsistit.
ne appellationem admittit.
Adjutorium juris requirit probationem contra negantem.

De Jurejurando

Juramentum est affirmatio vel negatio de aliquo facto vel faciendo sacra dei invocatione firmata, estque maximum dirimendarum litium remedium et[illegible] ultimo[illegible] fuit. Juramentum aliud est Promissorium quod contrahitur vel alteri actui adjicitur firmandi vel non retractandi causa. Aliud est assertorium quo rei praesentis vel praeteritae veritas asseritur per testes vel partes ex officio judicis vel adversae partis ad decidendam litem.

Species juramenti decisorij sunt, 1.o Voluntarium quod voluntarie defertur et voluntarie suscipitur. Judiciale quod deferenti parti potest referri. Necessarium quod omnino praestari debet ab eo cui delatum nec referri potest.

Conditiones quae in promissorio subintelliguntur sunt 1.o si placuerit deo. 2.o placuerit superiori. 3.o res in eodem statu permanserit. 4.o si alter servat fidem [illegible].

Delatorium et assertorium dicimus juramentum habet vim plenae probationis. Nec reqirit[illegible] suppletorium probationis semiplenae

describt primo non deferti a Iudice ungue singula[...] ne ... dici reddat. 2do semper omni ...
major testis ...
Sant deferri ita et referri juramentum posse ... in Curia Regali, aut juramentum fuit de[...]
latum est, et tunc referri potest, aut propositum de[...]
latum est, et tunc ~~...~~ ... non valet
minime, quando multo minus referendum est ... dubium ... ac si ... delatum, et tunc
... hic judex agnoscit, et ... rate delatum
agnoverit jubebit jurare aut solvere aut
referre, si ... delatum agnoverit a relatione
ejus aut ratione ejusdem cui delatum erat
absolvet.

De
~~...~~ Praesumptionibus

Praesumptiones dicimus conjecturam ad astruendam
rei dubiae fidem ex alterius cujusdam rei probatione
resultantem v.g. ex cancellatione Chirographi colligi[tur]
... debitum.

Primo divisione praesumptio est aut Juris et hominis
2da divisione est 4plex temeraria, probabilis
violenta et necessaria.

Temeraria est quae levibus causis adstruitur et a malis hominibus consurgit, repellenda omnino de jure nec movere debet animum judicantis.

Probabilis est quae inducit probationem Canonicam, qualis est fama publica frequens et scandalum pariens.

Violenta quae fidem facit, quin contraria probatione refelli potest, qualis est praesumptio solutionis ex cancellato chyrographo

Necessaria praesumptio vel est juris et de jure quae probationem contrariam non admittit, qualis est praesumptio matrimonii ex conjunctione carnali sponsi cum sponsa, dicitur vero praesumptio talis juris et de jure quia in ea jus se fundat tanquam in re plana, et ideo in contrarium nullam probationem admittit

Praesumptiones ex multiplici fonte deducuntur ex causa, persona, loco, tempore, qualitate, taciturnitate, fletu, conversatione, familiaritate, vicinitate, frequentatione, aetate, eventu, dilatione, negligentia etc.

De semiplenis Probationibus

Una species semiplenae probationis est testis unus probatae vitae de eo quod deponunt jure jam expositum.

2da species est fama, hæc probat a non minus testibus de veritate deponentibus testimonio juramentaut ... personarum.

3tia species est sculptura vel pictura quæ cum aliis adminiculis probat

4ta species est literarum comparatio quæ atrasque non plene probat. Scriptum enim copies vel mutatio atramenti vel calami vel ætatis immutatur.

5ta species scriptum privatum quod non est recognitum plene probat de ... integritate virginitatis apparet

6ta corporis inspectio ...

De Termino ad ducendum contra producta

Res quæ se ad probandum traxit postquam nec aliis probis nec testibus de quibus plene intentionem suam deduxit accumit pro terminum ad producenda instrumenta, debent illi tamen ad producendum omnia ... quæcunque documenta probatoria habere possit, illa omnia ante conclusionem in causa producat: alias enim post conclusionem producere non poterit. In curia Romana ...hui ita est necessario ut eo omisso nulla sententia

in beneficialibus utpote quod summario processu ex-
pediuntur omitti fit coram Ordinario. In certeris
causis utilis admodum ad abreviandas lites. Alias
cuiuscunque tempore partes voluerint ante conclu-
sionem possunt deducere instrumenta.
De dubiis dilucendis in termino assignato [illegible] petit
copiam dubiorum unacum termino ad dicendum contra.
Quo adveniente quaestiones speciales contra deducta instrumenta
aggravat. Vel si nihil speciale apponere vult
licet fit dicat verbo generaliter contra. Quod si adversa
pars nihil apponit contra tunc pars accusat contumaciam
adversarii nihil in termino dicentis et facientis
petitque sententiam diffinitivam

De Termino ad Concludendum

Conclusio est renunciatio omnibus probationibus et pro-
ductionibus actorum, adeo quod facta conclusione
nihil aliud deduci possit nec expectari nisi senten-
tia. Licet post conclusionem instrumenta [illegible] amplius deducta
admitti nequeant. hoc tamen fallit primo si aliquis agat
de probitate seu petitione ante conclusionem: sufficit
autem indiciis arguat iniquitas processus et
spoliatus non habeat facultatem probandi dominium

tunc etiam post conclusionem in causa potest agere

Procuratorio. 6to fallit in causis in quibus causis

Judex procedit ex officio nobilitate quo casu pars a judice

interrogata post conclusionem in causa respondere

tenetur. 7mo In criminalibus quando reus vult probare

innocentiam etiam post conclusionem in causa audiendus.

8vo in causa nomine procuratorum

9no Expediente parte producta testes presens

non praejudicat, recipiuntur etiam post conclusione.

Allegationes quae post conclusionem in causa facta fuerint

ad solam duntaxat informationem Judicis fiunt

nec earum copia parti sed officialis in judicio

presente parte producantur.

Cum partes nihil amplius habent quod in causa pronunciant

renunciant ulterioribus probationibus petuntque in

causa concludi. Actor quidem petit et renunciandi

causa concludi et cum reus nihil habet quod opponat

consentit ut concludatur quod Actor petit

autoris non debere fieri conclusionem competentem

dari petit, quem judex peremptorie statuendum causam

Dantem intimatur pars cum conclusione in causa ut ... eam

tunc ipse cum partibus concludit et ... debiti

habet partibusque hinc inde traditas rei et
ad videndum et audiendum sententiam definitivam in causa
vertente ferri ex ... Sequitur ergo de cetero

De Sententia et re Judicata

Sententia communiter vocatur pronunciatio Judicis sive definitiva sit sive interlocutoria. Res Judicata est ipsa lis causa quae finem controversiae sententia pronunciatione judicis accepit absolutionem continens vel condemnationem. Et quae intra statutum tempus appellatum non est, vel appellatum quidem sed postea appellatio deserta est.

Tres species sunt sententiae. Interlocutoria, definitiva et praeceptum. Interlocutoria dicitur quae super quaestionibus emergentibus et incidentibus fertur seu redditur causa principali durante, seu quia inter principium et finem litis causae fertur. Definitiva est et dicitur a constituendo ex eo quod finem causae imponat, sed judicis etiam officium finiat, nullam sibi relinquens jurisdictionem nisi meram executionem. Praeceptum cum judex sine causae cognitione praecipit aliquid parti ut faciat.

Sententia et decretum differunt inter se quia sententia rigorose accepta sit decisio judicialis controversiae finem imponens

habitum fuerit, quod tamen quoad partem et appellationem
transit in rem judicatam nec revocari
potest. Forma Interlocutoria in exceptionibus
et in aliis dominus admittit si et in quantum
jura in admissione eorum admittit salvo jure
impertinentium.

Ik bemedijtster Genaamen Jnta
bentönk:

Compendium
In
Institutiones Juris Civilis



Quaestio prima
In librum primum Institutionum Imperialium
Tituli primi
De Justitia et Jure

1. Quid est justitia? Justitia est constans et perpetua voluntas jus suum unicuique tribuere. Id est habitus animi per quem quisque juste agere et suum cuique tribuere et tribuimus nisi impediamur. Sum consideratur autem hic justitia universalis quae omnes virtutes morales continet, et cadit sub Ethicam; sed particularis seu politicam quae una virtutum est necessaria ad formandos in vita mores exigitque quandam exteriorem honestatem ut in tuto sit reipublicae tranquillitas et haec jurisconsultorum propria. Dicitur que alia distributiva, quae fit in praemiis et poenis pro cujusque merito juxta aequalitatem Geometricam reddens unicuique quod suum est. Alia commutativa est quae in commercijs seu aequalium rerum permutationibus moderatur mutuas obligationes secundum Aritmethicam aequalitatem. Unde colligitur quod justitia sit ars boni et aequi seu quasi juris status in quo jus stat

2 Quid est jurisprudentia? Jurispru-
dentia est divinarum rerum notitia, justi
atque injusti scientia. Divinarum rerum divina
notitia, quatenus de rebus sacris, religiosis,
et sanctis quoad externam disciplinam tractat
quae res dicuntur esse juris divini. Rerum
humanarum spectat jus sacrum et politicum quod
fontes tractandorum negotiorum civilium
aperit. Ubi sumitur dicta justitia, jurisprudentia
et juris, quod justitia sit virtus, jurisprudentia
scientia juris. Jus executivum justitiae executi-
vum.

Quot sunt juris praecepta? tria. Scilicet honeste
vivere, neminem laedere, jus suum unicuique
tribuere. Primum itaque refertur ad mores
ut omnes nostrae actiones ita instituantur prout
ratio et honestas suadet. Secundum pertinet ad
conservationem humanae societatis ne alter alte-
rum laedat tam in corpore quam fama. Tertium
denique spectat ad justitiam distributivam
et commutativam et quidem personas
ut iis [illegible] distribuantur poenae et praemia
quam res requirit et aequitas suadet in

contractibus

contractib[us] et commutione rerum tam ppream ac vitlicam. Item

Colligit duas esse juris positiones seu spe[cies] circa quas totus disciplina civilis tractatio versatur. Ius publicum et jus privatum.

Ius publicum est quod consistit in Relationib[us] publicis et ad statum Reip. Romanae pertinet.

Ius privatum est quod ad singulorum hominum utilitatem principalr spectat.

Tituli IIi

De jure naturali gentium et Civili

Quid est jus naturale? Ius naturale est id quod natura omnia animalia docuit, ut maris et foeminae conjunctio, videlicet liberorum susceptio et[c]. Hoc tamen definitio nimis lata est, qa etiam amplectit quae nobis cum animantib[us] sit communia. Unde Strictius Ius naturale est communes sententia mentib[us] hominum natura insita optimam et absolutissimam rationem vivendi proponentes Grotius communes sententias totum namque hoc jus brevib[us] sententiis complectitur, veluti Deum colere, neminem laedere etc. Grotius naturale instila quae

rebus cum quasi natis nasci videntur
Propter tamen hoc jus gentium est dr Commune
quod tam brutis quam hominibus competit. Et
humanum quod solis hominibus

2 Quid est jus gentium? Jus gentium est
rationis usu hominis necessitatibus exigentibus
inter omnes gentes constituta. Et est collectum
ex jure naturali primaevum, exigens contractus
inter gentes sine quibus res conservari nequeunt.
Aliud itaque est primaevum quod divinitus
mentibus hominis insitum, eum quod judicant
homines quid deceat vel non quid justum vel injustum.
Aliud secundarium quod consuescit ex ratione gentium
usu et necessitate humana exigente ut sunt
res dividere, limites ponere etc.

3 Quid est jus civile? Jus civile est quod
magistratus populus vel civitas proprium sibi
constituit. Et hoc dividitur in Commune et
privatum. Commune dicitur quo omnes Imperii
Romano subjecti sunt ligantur. Constat legibus
quod in libris jurisconsultis habetur, nec est condi-
tum a supremo Principe et Imperatore hujus

quoq[ue] juris scripti duæ sunt species: Jus civile commune in specie scriptum et jus prætorium.
Jus civile commune in specie scriptum dicitur quod est conditum ex lege duodecim tabularum, plebiscitis, Tribunis, Senatores, Imperatores, et Jurisconsultos. Jus prætorium dicitur quod Prætores introduxerunt vel adjuvandi vel supplendi gratia, aliter vocatur jus honorarium. Ut est jus civile commune non scriptum. Et hoc est ipsius Imperij consuetudo, qua æque omnes ligat subditos, qui sunt sub imperio Romano. Ad quam tamen consuetudinem requiritur tacitus populi consensus. Ut ut sit rationabilis. Tertio ut sit præscripta, id est quæ decem annis continuis jure civili duraverit, si est præter legem inducta, hoc est quæ talis est, qui aliquem in jure non sit decisus, si vero est contra legem jurisperitiores requirerent 40 annos. Ut ut sit confirmata frequentia actuum ut ut saltem eam semel sit judicatum sit.
Jus civile privatum aliter Municipale dicitur quod non omnes ligat sed tantum eos quorum conditum est. Scriptum quod expresso consensu

populi indictum publicam utilitatem respiciens.
Et non scriptum quod tacito populi consensu introductum est, vocatur consuetudo. Unde
Colliges 1mo quodlibet populum in quovis regno posse facere sibi statuta ad decisionem causarum, hac tamen distinctione interposita, quatenus habent jurisdictionem à Principe concessam et scriptam aut non. Ut sunt statuta pro civili
Colliges 2do distinctionem juris civilis et naturalis hanc esse quod jus naturale, quatenus est immobile, civile autem est mutabile.

Tituli 3tii
De Jure Personarum

Intelliges hic status seu conditio hominum quam in hac civili societate quis gerit, et hic in 3o dividitur scilicet in libertate civitate et familia. Unde
Quid est libertas? libertas est naturalis facultas faciendi id quod cuique libet nisi vi aut jure prohibeatur.
Quid est servitus? Servitus est constitutio juris gentium qua quis dominio alieno contra

naturam

niam subjrast. Prast juris gentium, qr a gentibus est acceptatus ut victi bello justo quisq oriundi perierant ad servitutem servabantur. Prast civilium qua ex ... quisq liber nascitur.

Causa autem servitutis sunt triplices, aut enim fiunt servi de jure gentium, ex captivitate qua qui in justo bello capiuntur, aut nativitate qui ex ancillis in Dominio existentibus nascuntur. Et sub de jure civili per venditionem, cum qua triarda li: muli capiuntur. Lima juxta ... anni 20 ... contemptu vendendi ... pretij participatio, sed apud nos per abolitionem. Unde

Alias quoad partes servorum nulla ferme est diffa qr omnes civiliter mortui dicuntur comparati vero cum liberis multum differunt, magni enim interest liberne an servus natus sit.

Subditi tamen seu coloni in ... multum differunt a servis. Primo qr habent bona propria quod illis a Dnis adimi non possunt, sicut patet ex constitutione Casimiri Regis ubi decernit Me: dicorum sine jure decedentium bona non ad Dnos sed ad propinquiores devolvi debere. Ideo differunt quia servi tenentur ad omnes labores, quos illis Dni injunxerant

84

Subditi vero in Polonia non tenentur ad labores hos de quibus pacta et conventiones antiquitus non sunt facta v[el] nomine Reipub. non sunt illis officia aliqua imposita, de quibus dicit ipse textus hujusmodi. Similes tamen subditi poloni cum servis sunt in hoc q[uod] ordinarie a Dominis fugere n[on] possunt nec ipsi nec proles eorum, nisi in casibus a jure permissis. Similis.

De Ingenuis

Quid est Ingenuus. Ingenuus dicitur ille qui statim ut natus est liber est sive ex duorum ingenuorum matrimonio sive ex libertinis natus, sive ex altero ingenuo et altero libertino natus. Cujusmodi in regno sunt Nobiles meritis majorum insignes Item in Civitatibus nati privilegijs et immunitatibus regum, principum et nobilium vallati jure Municipali Magdeburgensi utentes. Denique nati ex parentibus plebe alieniti sed jure libertate donati. Primi ordinis ingenui sunt Nobiles sunt tales libertate in participatione jurium, immunitatibus in suffragijs ferendis in bonis immobilibus acquirendis

emendis

omendis, retinendis. Jam generali nomine ab his omnibus arcentur cuncti hinc inferiores vocantur plebij. Notandum tamen est hic quod partus quoad statum seu libertatem sequitur conditionem Matris quoad dignitates vero seu honores sequitur patrem. Ideo Mater tria tempora habet quibus partui libertatem acquirere potest. Primum tempus est con: ceptionis. Secundum medium inter conceptionem et partum. Tertium ipsius partus. Sufficit ergo matrem uno ex istis temporibus liberam fuisse licet in aliis duobus ancilla fuerit. Unde tres sunt causae ingenuitatis. Prima nativitas ex matre libera. Secunda sententia judicis qua quis ingenuus pro: nunciatur. Tertia restitutio natalium a Principe dum ingenuus natus et servus factus iterum honore pristino donatur.

Caput 5tum
De libertinis

Qui sunt libertini? Qui ex justa ~~tra~~ ser: vitute manumissi sunt quod idem est ex servis liberi facti. Unde manumissio est datio libertatis seu de manu id est de potestate dimissio.

Manumissio haec olim multis modis fiebat solenniter et quidem vel in ecclesijs aut vindicta id est virga praetoria qua caput servi manumittendi percutiebatur, aut minus solenniter inter amicos per epistolam vel testamentum aut aliam ultimam voluntatem. Qui continetur est in regno hoc manumissio subditorum ex dominio quod fit publica vel coram actis quibuscunque: caeterum vindicta seu plura jure regni non habetur. Notetur etiam quod ex judicii [illegible] ordinum [illegible] doctoratus [illegible] nimia dominorum saevitia et enormes in subditos injuria vindicant subditos a dominica potestate juxta [illegible] Regni. Differentia inter libertinum et libertum haec est, quod libertinus dicitur quatenus est manumissus et non respicit alium. Libertus vero dicitur respectu patroni sui quem respicit.

Titulus [illegible]

Qui et quibus ex causis manumitti non possunt

Primo manumittere non possunt qui in fraudem creditorum

creditorum manumittit, ejus manumissio data
ipso jure nulla est: si autem si dolo facta sit
unde debitor servum in fraudem creditorum manu-
mittere nequit. Ratio casu unico ubi scilicet Dominus heres
solvendo non sit, potest unum servum manumittere
et heredem instituere ut sic institutus creditoribus
satisfaciat, consulatque honori Domini sui ne bona
ejus ad ignominiam distrahantur. Dein nec minor
20 annis manumittit, nisi ex justa causa pro-
bata coram praetore vel magistratu: quamvis
institutione Imperatoris Justiniani constitutum est anno
quo testamentum condere potest minor manumittere
possit. Causae tamen manumissionis justae
debent esse, et hinc non vilescit affectione, prout
educatore, hujus et similibus quae videbitur
affectu vel intrinseci gratitudine ut si vg. sanguine
conjuncti manumittantur, aut servos qui parentis
loco habentur, aut servus qui famam vel vitam Domini
sui defendit. Titulus 7mus

De Lege Fusia Caninia sublata

Lex haec permittebat prout [illegible] familiis
inter vivos adveniens, sic et manumissioni

Ad non interponendu, ut ostr [illegible] servis duo, ex decem quinque manumittere quis posset, nunquam tamen ultra centum regnis [illegible] gungendos et ultra servos. Contra [illegible] fuit, quod homo in agone mortis [illegible] ad manumittendum nãl promptiores quam [illegible] in corpore sano. Legem tamen hanc abrogavit Imperator. Quia est inimica libertati quam omnibus alijs causis [illegible] esse favorabiliorem. Ita etiam cum morientibus ad [illegible] [illegible] amissa, et [illegible] [illegible] intervenire quam [illegible] voluntatibus [illegible] fuit [illegible] legem de [illegible] filijs [illegible] magis [illegible] deberi quam ut [illegible] voluntati liberi sint. Statutum regni [illegible] Alberti Regis simile quid [illegible], si cum [illegible] plures habebat filios, unum duntaxat qui ad studia vel ad servitia [illegible] posset, ceteri agro [illegible] maneret, hoc et [illegible] obrogatum.

Titulus 8us

De his qui sui vel alieni juris sunt

Qui sunt Personae sui juris et qui alieni?
Personae sui juris sunt omnes patres familias qui
non habent parentes in vivis et ab iis emanci-
pati sunt, et subjecti potestate aliorum et parentum.
Alieni juris sunt v.g. filii familias qui in po-
testate parentum, et servi qui in potestate Domi-
norum sunt.
Quid est potestas? Potestas est jus personae
in personam quod vel Imperium dicitur in
personam magistratuum et patria potestas
in personam liberorum et dominium in personam
servi.
Qualis potestas erant olim Dominis? Domino
vitae necisque potestas in servum concessa fuit
Sed hic quoniam contra omnem habebit rationem
introducta est merito hodie locum non habet.
Nam si quis servum suum occiderit teneretur
ac si alienum occidisset aut hominem liberum. Cont
statuta Sigismundi utpote regni contra hujusmodi
homicidas non tamen corruptis moderata correctio timeri
Quaeque servus acquirit sibi Domino acquirit

De jure dominii est sententia. Itemque subditi non debent inferiorum actione dominii. Item subditi non eam alienare, comparare, emere, vendere, et etiam auferre possunt, postea habentque ubi ex requirendi. Item quorum coronae domino nunc rendunt potestatem in quorum fundis nati sunt.

Titulus IX
De Patria Potestate

In patria potestate sunt omnes liberi et Domini nuptiis procreati, quorum applicatio non tantum se extendit ad omnes filios, filiasque, sed etiam ad nepotes, neptesque et alios ab his descendentes.

Causae patriae potestatis sunt haec. Justae nuptiae, legitimatio et adoptio. Matrimonium est conjunctio viri et mulieris individuam vitae consuetudinem continens.

Est conjunctio tantum viri et mulieris. Pater necessitate potest filium vendere vel oppignorare, ad cujus tamen restitutionem emptor postea dominus tenetur. Item inter patrem et filium nulla datur civilis obligatio. Item filiifamilias et pro macedoniano ante mortem patris repetendi aut possunt, vendere, etc.

ante

uti de castrensibus aut quasi castrensibus bonis.
Consimiles licet etiam advertere in regno Hun. Mater
enim bonorum maternorum quoad liberos spe-
ctant habet dispositionem et possibilis ubi quoad vita
tempora assignata certa fortiene liberis. Item potest
exhaeredare filium si tamen honore privati.
3tio Militem ad arma per expressam Principis
voluntatem et submittere loco suo specialiter ad
expeditionem generalem.

Titulus X.
De Nuptijs

Justas nuptias contrahere possunt inter liberos hoc
qui sunt cives Romani hoc est sui libertatem gaudentes
jure. Requiritur juxta alios jure regni etiam civili in
masculo quatuordecim annos et in foemina duodecim
Decim. Jure canonico possunt contrahi justas
nuptias ante praefixos annos si malitia supplent
aetatem. Secundo requiritur consensus contrahentium et eorum.
3tio requiritur consensus parentum aut qui eorum
loco sunt.
Matrimonium autem contrahi debet extra gradus
consanguinitatis et affinitatis. Unde ...

in arbore affinitatis et consanguinitatis in linea ascendentium et descendentium perpetua est prohibitio, in lineis vero collateralibus ad 4tum gradum. Intelligendum tamen de affinitate stricta et copulatione formali; nam copula illicita ad 2dum tantum gradum prohibetur.

Qui contra prohibitionem juris matrimonium contrahunt, primo subeunt poenam invaliditatis contractus quod nec matrimonium dici potest; 2do liberi ex tali thoro illegitimi sunt, quidem et dote etiam contracta ante privantur; 3tio post solutionem talis conjunctionis non est esse repetitio dotis nisi tantum ex [illegible] interveniente mala fide; 4to infamia, exilium, item et verbera pro viles persona; 5to amissionem patriae potestatis in filios etiam legitimos antea susceptos. Illegitimi liberi non succedunt patri nec ab intestato jure successionis neque vero ex testamento relinquat. Possunt tamen conditi filii illegitimi in legitimos [illegible] patris per legitimationem. Cum nihil clarius sit quam legitimum actio liberos

conditionem in potestate Patris efficiens legitimos cujus sunt modi tres. Primo per oblationem Curiae seu ordini Senatorio seu Decurionum publici generis causa conscriptorum, qui apud Romanos a Senatu erat. Per subsequens matrimonium modo mulier talis sit cumqua matrimonium contrahi possit. Conditionem vero liberi hoc legitimatorum agitur per subsequens matrimonium rei ut succedat in bona Parentis et Honorem, est tamen hoc contra dispositionem juris Canonici. Illo per rescriptum Principis.

Titulus XI.

De Adoptionibus.

Adoptio est actus legitimus per quem filius familias superstite patre efficitur alterius filius imperio magistratus, quo desinit sub patre potestas. Duo tamen sunt genera adoptionis. Prima adoptio est alieni in potestate alterius constituti. Et fieri debet imperio magistratus. Arrogatio quae fit per rogationem populi coram principe.

Effectus autem adoptionis sunt primo filii adoptivi

Patri adoptanti ab intestato ostr cum alijs filijs liberis et naturalibus succ. Sic filij adoptivi r. et vocare patrem adoptantem in jus sine venia. Filij adoptans habet jus corrigendi adoptatum. Atque omnio ferme similes sunt.

Ut alius autem pt adoptare req. 1mo ut sit major aetate adoptato. Sic foeminae nisi ad solatium amissorum liberorum in bello. Sub libri. §

Ex jure tamen regni Hu. adoptioni nullus datur locus nisi sub ordinatione Camerariae. Hadri: Fertinam, Marchum in Dionas.

Titulus XII.

Quibus modis jus Patriae potestatis solvatur.
1mo solvitur quo ad translationem. Primus modus est mors naturalis ejus qui habet sub potestate liberos. Sic mors solvit tam patris quam filij qualis est maxima capitis diminutio et etiam media. Filij adoptivi dum pater filium ex nepotem datam aut praedae mater in adoptionem

in adoptionem. Ad quod ad solutionem patriae po:
testatis. primus modus est debitum patris exigat
filio alimenta per justam causam. 2dus est dig:
nitas patris vel filiifamilias collata. 3tius
modus est ingressus religionis approbatae tam
quoad patrem quam quoad filium, subjiciuntur
quidem superioris sui, retinent tamen jure sui patris
id est suorum hereditatum. 4tus modus est emancipatio
per quam pater et filium de potestate dimittit
coram judice.

Titulus VIII
De Tutelis

Tutela est jus atque potestas in capite libero
ad tuendum eum qui per aetatem se defendere nequit
Unde talis tutor debet, sicut liber sicut et pupilli.
Triplex est autem tutela alia testamentaria quae datur
quando parentes liberis suis impuberibus quos in potestate
habent tutores testamento constituunt, et hoc prius
valet. Alia legitima quae deficientibus testamentariis
proximos gradu consanguineos ad tutelam eligi
vocant, et hoc post dativam valet. Alia dativa
datur quando deficientibus testamentariis et legitimis tutoribus

alij a judice dant.

Dare autem possunt tutores parentes masculi liberis in sua potestate existentibus, etiamsi illis in testamento nihil reliquerit. Mater et avia non possunt dare tutores nisi filios instituerit heredes, qui tamen a judice confirmandi.

Titulus XIV

Qui tutores testamento dari possunt.

Possunt dari patresfamilias et filiifamilias et illis servus proprius cum libertate, imo etiam absque eadem tamen alieni non potest esse tutor nisi ex dominis cum liberent.

Licet mater in tutorem admitti non potest admittitur tamen... [illegible]

non inhonesta uixit

Dantur autem tutores ad unum et plures et sub conditione ita ut tutor aliquis sit qui [illegible] dixerit uxorem. Ubi in testamento [illegible] [illegible] sunt considerandae, et juxta eam mentem exponendae.

Titulus XV

De legitima agnatorum tutela

Legitimi tutores sunt quibus lex defert

tutelam

tutelam in defectu testamentariorum, cujusmodi sunt agnati, qui pupillis seu personas agnatione juncti sunt, quasi a patre cognati et qui eidem antiquitatis nomen eandemque familiam et insignia retinent quales sunt frater eodem patre natus, fratris filius patruus et similes. Cognati vero qui per feminini sexus personas cognatione junguntur veluti fratres uterini avunculus etc. Deferuntur autem eodem ordine quo vocantur ad successionem, et si plures deferatur tutela administranda in magis idoneum deferenda, quin eodem de jure antiquo servabatur. Quatenus ut certe patrocinium ut tutor constitutus judicis sententia confirmetur. Ut ut conficiat inventarium. Ut ut promissionem faciat juramento comprobatam in defendenda persona pupilli augendo commoda et vitandis inutilibus.

Item Revocativam qua efficiuntur agnati cognatis ad tutelas amittant diminutionem capitis passi. Unde filius quatenus infamis pronunciatus capitis diminutionem patiatur desinat

esse agnatus, non tamen desinit esse agnatus id est filius ejus a quo natus est progenitus.

Titulus XVI

De Capitis Diminutione

Quid est capitis diminutio?

Capitis diminutio est prioris status mutatio, status libertas, civitas et familia. Una est altera maxima cum quis libertatem, civitatem et familiam perdit. Ut qui fit servus poenae h. est ultimo supplicio, vel de jure Regni Hungariae infamia publica, cum quis ob crimen aliquod in judicium vocatus vel praesens vel contumax, vel absens contumaciam de poenas legum condemnatur infamisque pronunciatur. Altera media cum quis retinet quidem libertatem, amittit vero civitatem et familiam. Et haec est in Regno Hungariae Banitio quod est cum quis in causa civili vel praesens vel per adversitatem vel absens contumaciam condemnatur et non satisfaciens banitur: hic civitatis jure non gaudet. Altera denique est minima capitis diminutio cum quis libertate et civitate retenta familiam tantum mutat, hoc

quod

omnibus agnatis et cognatis. De jure tamen Regni Hungariae quod Nobiles minus honestam negotiationem exercent, v. g. cauponariae, mercaturae etc. Status maxime et media deminutionis capitis est quod habeantur pro mortuis civiliter, ita ut amittant ea quae sunt juris civilis. Minima vero quae seorsum plurimum jus agnationis in successionibus et tutelis non tamen cognationis tollit.

Titulus XVII
De legitima Patronorum Tutela

Patroni ad successiones ab intestato admittuntur libertorum morientium absque liberis: quamob causam licet tutela patronorum non fiat expressa mentio, tamen ex interpretatione legis dictae quae hic disponit de patronis, ad patronos liberti pupillatorum spectat. Valet tamen hoc in patrono quo haeres cujus liberti tutrix non spectat!

Titulus XVIII
De legitima Parentum tutela

Exemplum tutelae parentum est Patronus tutela, qua lostra [?] ex interpretatione juris propter identitatem rationis. Nam sicut Patronus ad successionem liberti admissus erat legitimus tutor quidem impuberis, ita quoque et pater ex manumissionis filij jus successionis acquirens legitimus emancipati filij tutor esse debet.

Titulus XIX
De Fiduciaria Tutela

Fiduciaria tutela est potestas, quae mortuo parente qui liberorum suorum impuberum emancipatorum legitimus tutor erat fratribus natu majoribus defert, aut ipsi in defectu patris sui sint tutores fratrum suorum impuberum. Cujus tutelae in regno Kroatiae [?] nunquam usus est: frater senior impuberum exhibit tutelam et bona non alienanda. Sororibus innuptis frater [?] cum [?] cognatorum tenetur assignare dotem, et intra annum post desponsationem numerare. sortem bonorum in eum dotis dare.

Titulus XX
De Atiliano Tutore, et qui ex lege Julia et Titia datur.

Attilianus tutor dictus a Publio Attilio Tribuno plebis qui ipsa adinvenit ut deficiente testamentario et legitimo tutore daretur is ad petitionem matris vel proximiorum consanguineorum magistratu. Sed nunc ius obtinuit ut Praeses provinciae vel Praefectus urbis aut magistratus eundem tutorem constitueret, et ad ipsos omnes municipales magistratus et judices Civitatis datiuos possint constituere juxta Bartolum.

Locus itaque tutelae ex dictis est si quis sit qui cureret tam dum testamentarius aut legitimus deficit aut si capit, per eius inhabilitatem removetur a judice aliusque substituitur. Unde dari debet idoneus moribus honestis non suspectus, nec ambiens munus tutelae et aetate sufficienti, per quod intelligantur, qui ipsi aetatem munus administrare possint. Sunt et Doctores infames

v. susp[ecti] quales sunt creditores aut debitores.
In regno Castellae patres duo dant[ur] a lege quod
si tutor aliquis non sit sanguine junct[us] v. sobole
carent et pupilla uxor fuerit v. de possessione tu:
toris et dati non constiterit v. prae tutela equum ut
mater virgineis v. patruus prompiores sunt à
tutela.
Pupillis dant[ur] tutores fine ut bonis moribus in:
stituant[ur] et educent[ur]. Ubi ut in judiciis defen:
dant[ur], bona eorum administrent[ur], et ut in
[illegible] et si non [illegible] [illegible] [illegible]
dat[ur] tutori actio de [illegible] [illegible].

Titulus XXI.

De Auctoritate Tutorum

Auctor[itas] Tutoris est quaedam potestas quam tu:
tor v. est [illegible] v. ex lege ex tabularum v. ad
judicem recepit quoad personam pupilli de:
fendendam et res eius administrandas.
Auctor[itas] necessaria est pupillo ad obligationes
faciendas non obligat illi aliquem pupill[us]
sed si ipse obliget alium. Ut necessaria est
in adeunda hereditate etiamsi lucrosa fuerit
ne pupill[us] ex illa aliq[uod] damnum patiat[ur].

Accedit etiam conservandum recessus sententia judicis saepius dum agitur de schedulo pupilli vel de eo obligando

In regno tamen licet omnis pupillorum actionibus intentatis conceditur dilatio ad annos discretionis, tamen in quibusdam casibus citati cum autem tutorum comparere tenentur. Primo ratione exemptionis bonorum patris oppignoratorum ita ut pecuniam accipere et bona obligata restituere debeant, Secundo ratione fidejussionis per patrem eorum ingrossatam solvere et fidejussorem liberare tenentur. 3tio In causis Actori sua de iuventi intentatis. 8vo In causa ampliatatis et jurisdictionis juris.

Titulus XXII.

Quibus Modis Tutela finiatur

Finitur autem tutela primo aetate perfecta pupillorum jure novissimo masculis et foeminis 12 complevenint annos. Jure regni pupilli post bona sua post annum 12 expletum repetere possunt a tutoribus licet ea ante 25 annum etiam expletum alienare

non possunt, nisi adversitates postulant, quod tamen cum consensu sanguineorum fieri debet.
Tres modi Capitis diminutio sive minima quod pupillus cum venia [illegible] et sic [illegible] arrogantis: sive media quod [illegible] amissam in insulam deportatam quoniam bona ejus confiscantur. Sive maxima cum fit servus vel ingratus erga patronum redigitur in servitutem et tunc bona acquiruntur domino in cujus potestatem retrahitur. Ne cupit ab [illegible], et hoc casu datur curator bonis. [illegible] conditionis ad quam datur tutor et sic [illegible] de testamentaria tutela & legitima aut dativa est actus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] morte naturali tam tutoris quam pupilli tum et mors civilis. [illegible] temporis lapsus quod tutor datus est. [illegible] vel [illegible] [illegible] aliquis ob justa causa ob [illegible] administrandae tutelae se excusat vel ut suspectus removetur.

Titulus XXIII
De Curatoribus

Cura est potestas in re libero ad gerendum negotia quae extrinsecus alicui pubes ad suam propter aetatem ea gerere non potest. Tempus autem quo cura solet committi utriusque sexui personis determinatum est ad 25 annorum: nam ante predictum annum puberes ex effectuum agitatione atque perturbatione animi frequenter possunt annulli.

Modus constituendi curatores est v. quod omnia bona puberum v. quo ad partem eorum administrandam v. quod ad certam causam.

Et licet ordinarie tantum dentur minoribus 25 annis, aliquando tamen et majoribus ut si aliquo infecti vitio ob quod de lite sua non possunt administrare bona, quales sunt furiosi, et furor ad omnia est aecitas mentis: et talibus proximi agnati constituentur curatores. Idem dicendum de prodigiis quinimo et finem expensorum ...

Titulus XXIV.

De Satisdatione Tutorum et Curatorum.

118

Satisdatio est promissio a tutore & curatore cauta, rem pupilli salvam fore, quo praecipitur & cureta Magistratus a quo legitimus tutor, tutor & curator confirmari solet. id est praesente pupillo & etiam in eius absentia coram persona publica etiam conferto, cui fit stipulatio in personam pupilli rem eius salvam fore.

Satisdare tenentur 1mo tutores legitimi. 2do tutores dati a magistratu majori sine inquisitione. 3tio dati testamento ab extraneo. 4to curatores dati furiosis & prodigis. Eximuntur vero ab hac lege tutores testamentarii. 2do curatores testamento dati et deinde confirmati. 3tio tutores dati in subsidiis. 4to tutores & curatores dati ex inquisitione, quorum etiam fides eorum & integritas explorata est.

Titulus XXV

De Excusationibus Tutorum & Curatorum.

Excusatio est justa causa allegata absolvens exercentes a tutela & curatela delata.

Causae excusantes a suscipienda tutela sunt tres. Prima est multitudo liberorum, ut duo & tres. 2da aetas major 70 annis minor

Uti omnis plurium tutelarum, curationum
ista paupertas quae reddit impares huic
oneri, tum imperitia literarum quae impedit
administrationem rationum. Imo et etiam pro-
bitores etc. Ut expurgantur adversa
valetudine, affectione animi etc.

Titulus XXVI

De Suspectis Tutoribus et Curatoribus

Crimen suspecti tutoris descendens ex lege
XII tabularum denotat accusationem suspecti
ob quam tutor ut abeat a tutela est necesse.
Ut cum aliquis fraudulenter tutelam admi-
nistravit, res pupillorum consumendo, di-
lapidando, sine decreto judicis alienando etc.
Poena talis criminis est quod remotus ab administratione tutelae
notatur infamia, siquidem si dolus exprimatur ob quem
removetur, licet latam culpam quis amoveatur
dolo famam amittit. Lege in culpa levius, nam
culpa non est removetur a tutela, integram
tamen retinet famam.

Liber II Institutionum
Justiniani Imperatoris

Titulus primus

De rerum divisione et acquirendo earundem Dominio

Rei appellationem hoc loco intelligendam esse quamcunque rem sive existentem per se sive inhaerentem alteri modo non sit persona aut actio de quo alibi. Res dividuntur alia sunt extra patrimonium, alia in patrimonio, quae possidentur aut possidere possunt sive res singulorum. Alia extra patrimonium ut v.g. res divina, sacra, religiosa, quas nec possidemus nec possidere possumus.

Res autem jure naturali et gentium aut sunt communes aut publicae aut universitatis aut ~~[illegible]~~ nullius

Res communes sunt quarum usus naturali ratione omnibus communis proponitur, aqua,

Publicae sunt quarum usus de jure gentium omnibus aeque est communis, qualia sunt flumina navigabilia, portus etc.

Universitatis sunt quae ad certam civitatem vel collegium pertinent v.g. theatra, fora, pascua et similia universitatis

Differentia autem inter illas est quod communes et publicae omnibus quodammodo competunt. Universales iis tantum qui in universitate sunt. Hinc licet singula sint de universitate, rebus universitatis utantur dominium tamen hoc non dicitur singulorum sed universorum. Unde recte dicta id quod universitati debetur singulis non debetur nec quod universitas debet singuli non debent.

Res nullius sunt quae in nullius reperiuntur bonis tum natura ut sunt ferae, pisces etc. Vel quia latent pro derelictis. Talis distinctione decernit ut thesaurus in terra. Et hoc quidam velut derelictus iacens antequam quis heres adeat. Res denique juris ut sunt Divini iuris res sacrae et relig. ut sunt res sanctae idest quae poena capitali ab iniuria tutae.

Jam vero res in patrimonio tuo spectantur, quae sunt in dominio singulorum, Dominium autem est ius de re sua cuius aliquis operam habet libere disponendi et eam ab [illegible] vindicandi;

Cuius Dominii tres sunt species Directum, utile et plenum. Directum consistit in sola proprietate sine

fructu cum spe tamen regressus illius Domini utilis ad directum Dominum quale habent Rei in bonis ... Utile Dominium est quod in solo usu, fructu sive ... fundat quale habent omnes vasalli. Plenum Dominium dicitur cum quis et ... rei et ipsum fructus habet.

Acquirendi itaque rerum dominia, iure gentium tres sunt modi occupatio, accessio, traditio. Occupatio aut est vivente aut non viventium. Viventium deinde vel est brutorum et hoc mox vel est terrestrium et sic dicitur venatio vel est aerearum et dicitur aucupium vel est aquatilium et hoc cum piscibus et dicitur ...

Occupatio non viventium aut est singularium et quae nunquam alicuius fuere quales lapilli gemmae, etc. Aut universalium et quae antea fuere alicuius, quales sunt thesauri.

Venatio itaque aucupium, piscatio regulariter omnibus utique permissa iure gentium nisi ... statutis impediat. Unde Domini fundi venari aut aucupari nolentes ... ab ingressu sui fundi arcere. Circa quae fit hac regula generalis: Quod in nullis

bonis est id nulli jure primo occupanti cedit.
quo tamen occupatio pro diversitate rerum aliarum
diversimode fit. [illegible]
Accessio est II^{dus} modus acquirendi rerum dominia
estque alia est naturalis industrialis et mixta
naturalis prout dicitur, qua ea quae res nobis accedit vel
beneficio vel rei nostrae vel alienae, ad illam pertinet
partus ancillarum, foetus animalium quo accessio
alluvio quo latenter praedio nostro aliquid vi
fluminis adjicitur, alveus a flumine relictus, insula
in flumine nata.
Industrialis accessionis species sunt aedificatio in solo
suo ex aliena materia, vel in alieno solo ex sua materia
scienter vel etiam ignoranter facta, implantatio
alienae plantae in suo vel suae in alieno vel in confinio
facta, satio in alieno ex sua vel in suo ex aliena,
intextura, scriptura, pictura; ubi majus cedit minori.
Tertius modus acquirendi rerum dominia
est traditio quae geritur inter dantem et acci-
pientem ubi in illo requiritur rei transferendae
potestas, voluntas, et quae ratione fiat traditio,
in hoc requiritur consensus et rei traditae acceptatio.
est vel corporalis seu vera quae fit de manu in manum
vel incorporalis seu ficta quae magis per effectum apparet

Titulus II

De rebus Corporalibus et Incorporalibus

Generalis divisio rerum est in corporales et incorporales, corporales sunt quae sua natura videri et tangi possunt ut fundus, homo, vestis, aurum, argentum, ... ubi illa quae sunt in ... natura tangi non possunt ... Incorporales sunt quae ... tangi non sunt licet tamen corpori inserantur, sed in jure consistunt et sola animi cogitatione percipiuntur. Corporales aliae sunt imobiles ... solo coherentes, aliae sunt mobiles veluti supellex vulgo gerada aliae moventes se veluti animalia, deinde incorporales aliae sunt quantitatis veluti numerus ... rem, aliae qualitatis veluti illae quae in jure ...

Titulus III

De servitutibus rusticorum et urbanorum praediorum

Explicata rerum divisione ... tractat cum de servitutibus ...

Servitutes aut personarum sunt ut usus, ususfructus, habitatio, aut rerum ut servitutes rusticorum praediorum et urbanorum quae ... servitutes dividuntur, nunc de ...

Servitus est jus in aliena re constitutum pro

ipsa per naturam rei alterius usione ad usum inserviat.
Servitutes reales aliae sunt praediales rusticae quae ad utilitatem praediorum constituuntur, ita est rusticum ut fundus, aedificium habitandi causa, sed vel colligendi fructus vel asservandos eum animalibus etiam in urbe constructum. Vicinum habitandi causa vel cultui destinatur. Rusticae aliae seu dabes aliae sunt nominatae ut iter jus eundi ambulandi hominis non etiam jumenta agendi vel vehiculum, ut actus jus agendi jumenta vel vehiculum, ut via jus eundi et agendi et ambulandi continetur, aquaeductus et haustus, pecoris appellendi et pascendi etc.
Aliae servitutes denique sunt urbanae seu aediales habitandi caussa quae sunt accommodata non solum in oppidis sed etiam in villis, aedium enim urbanarum ... non locus facit sed materia et usus rei, ut urbanum sit quocunque tandem loco situm in quo habitandi est opportunitas rusticum vero quod fructuum gratia quocunque loco constitutum. Hae itaque vel constructa, aut nominatae veluti jus oneris ferendi quod quis habet in aedium vicini, jus altius tollendi, jus stillicidii avertendi, jus tigni immittendi etc. Ut negativae quae verbis negativis expressae veluti servitus altius non tollendi, servitus stillicidii non avertendi, ne luminibus officiatur

Servitutes urbanae et rusticae conveniunt primo quod utraque servitus praediorum appellatur, quae sine praediis neutra constituitur. Non enim potest quis acquirere servitutem vel urbani vel rustici praedii nec debere nisi qui habet praedium. 2do quod fundos sequantur utraque per alienationem transeant. 3tio una pro qualibet servitute intelliguntur et ea una pro [illegible] servitute uti integrum non est. 4to quod unicuique eas cui pro tantum fundo non alieno acquirere vel imponere potest.

Servitutes constituuntur tam inter vivos quam in ultimis voluntatibus. Inter vivos per pacta stipulationes, contractus idque vel titulo oneroso vel lucrativo. Deinde decreto in judiciis, testamentis codicillis, consuetudine et longi temporis praescriptione. Qui vero taliter constitutam habet servitutem potest illa uti ad [illegible] praedii dominantis utilitatem vel [illegible] nec potest eam alteri concedere vel ipsam graviorem reddere.

Extinguuntur autem primo confusione praedii dominantis, 2do cessante conditione sub qua imposita fuerit servitus. 3tio spontanea patientia 4to expressa juris sui remissione. 5to non usu longi temporis seu praescriptione. Notandum vero quod servitus publica amittatur per solum non usum

Cap. tertius

longi temporis, urbana vero non usu requirit
aliquem actum contrarium faciendo ut si habet jus tigni
immittendi non solum non usus fuerit sed etiam
foramen occludendum est. Non utimur autem dicimur
qui nullo modo et omnino non utimur etiam de partibus
cum utamur tamen retinemus servitutem, ut et socius aut alius
quilibet nostro nomine quasi debita servitute
usi fuerint. Neque autem dicitur non est nequitiam in suo
jure suaque servitute uti se credit, non qui pro
via publica aut alieno jure, aut alia quamcunque de
quacunque servitute utitur. Etiam in servitutibus habi-
rentur nam libertas non usu non utendo per tempus fuerint
interpellata usucapiunt. Institut. lib. 2 tit. IV.

Titulus IV.

De Usufructu

Post servitutes reales, examinandae servitutes personales
cujus species sunt ususfructus, usus, habitatio, et idem operae.
Ususfructus est jus alienis rebus utendi, fruendi
salva rerum substantia. Ususfructus his acceptus non
pro dominio aut ejus parte sed pro servitute
quae in jure consistit. Unde reputatur a DD. hoc divisio
ususfructus in causalem qui est ususfructus cum causa rei
quam dominus habet, cum taliter uti non est ususfructus
servitus sed dominium. Est igitur ususfructus separatum
jus a dominio et a proprietate rei. Ait in de suis alienis
rebus oportet enim res alienas esse quibus utimur et fruimur

Utendi fruendi autem est omnes fructus omnes omniaque emolumenta percipiendi et quod necessitatem et utilitatis ... ad necessitatem, ... disponendi in dem..., salva rerum substantia. Non enim oportet usufructuarium deteriorem facere rei substantiam, sed uti frui debet arbitratu boni viri et patrisfamil.

Usufructus consistit in rebus immobilibus et inconsumptibilibus ubi substantia salva maneat, quamvis et in rebus consumptibilibus datur adhibita cautione de restituenda tantum quantitate recepta. imo et in inconsumptibilibus datur cautio de utendo et fruendo arbitratu boni viri, tum de servanda ac restituenda proprietate finito usu. Excipiuntur tamen ab hac cautione usumfructum habentes in bonis filiifam. parentes.

Constituitur autem usufructus variis v.g. patri in bonis filii. 2. ex judice in judicio divisorio.
[illegible] 3. testamento 4. per stipulationem et pactiones ...

Finitur autem usufructus primo morte naturali et civili usufructuarii, 2do alienatione rei usufructuariae ubi ... consumpta. 3tio non usu longi temporis 4to interitu seu mutatione rei.

Titulus V.

De Usu et habitatione

Reliquas species servitutis personalis declarans hic
Usus est jus alienis rebus utendi ad quotidianam commoditatem salva earum substantia vulgo

dici ad fideles manus, convenit cum usufructu hoc quod ejusmodi ambo conditionem et fruitionem rei in ipsis rebus consistant. Et quod ambo de re tuenda et finito tempore restituenda caveant. Differunt vero in his quod usufructuarius habeat jus omnes commoditates ex re percipiendi, easque in alium transferendi; usuarius ad quotidianum tantum usum. Valet usuarius domo habitare cum conjuge et familia, parentibus et inquilinum quoque recipere, dum ipse inhabitat usuarius. Locare vero fundum aut cedere habitationem fructum aut usum vendere ei minime licet, cum hec omnia quantum ad fructus ipsos attinet usufructuarius faciet. Ideo usufructuarius modicas expensas olei facere et sarta tecta habere, usuarius ob tenuem interpretatio refugerunt.

Usus tamen nomine aliquando et fructus continentur, quoties ex verbis testatoris vel aliter voluntatis conditione legatarii id fieri quodcunque non fiendet. Unde usu sylvae legato, fructum quoque legatum videri. Et non liceret legatariis caedere sylvam et vendere, sicuti fructuarius licet nihil habiturum ex eo legato. Caedere igitur et vendere ligna quae sunt plenius fructuarius ratione et modo suo usus potuerit, et maxime si ex fructu quos adeptus et necessitates hujusce coepit vendere vel

Ostenditur etiam quod non pars legari nequit. Sicuti enim JC. inquit pro parte possumus Uti pro parte non possumus. Differentia 2do est quod ususfructus diminutionem amittunt. Sicut enim fructuum partem tantum (ipse) ita et est ususfructus circum ad usum quotidianum necessitatesque vitae tolerandas refertur, et partitionem non cadit partim vivi nequit. Vasemb. digest. lib. 7. tit. 8.

Habitatio est jus habitandi in aliena domo, salva domus substantia. Conveniunt cum usufructu et usu simul. 1mo quod ipso modis constituatur inter et in ultima voluntate. 2do quod non transeat ad heredes. 3tio quod cautionem de utendo arbitrio boni viri. Differt necnon utrisque simul 1mo quod neque capitis deminutione neque non utendo amittatur ut usus et ususfructus. 2do quod habitatio in solis aedibus consistit, usus et ususfructus etiam in aliis. 3tio differt ab usu speciatim: quod habitationem habens alteri locare potest, usuarius non potest.

Titulus VI.

De Usucapionibus et praescriptionibus

Dictum de modis acquirendi rerum dominium de jure naturali gentium, nunc de modis acquirendi res de jure civili. Et hoc jure civili proprietates acquiruntur aut per universitatem ut hereditate, bonorum

possessione

possessione, amysa de ea. Aut per singularitatē ut praescriptione, donatione, usucapione, de qua modo.

Usucapio est acquisitio seu additio dominij per continuationem possessionis, temporis lege definiti introducta ideo ne rerum dominia in incerto manerent et ut litium aliquis sit finis propter bonum publicum.

Usucapio est rerum mobilium et immobilium quae sunt alienare, praescriptio verō immobilium quae non sunt alienari. Cohaerent autem eodem fundamento. Requisita usucapionis et praescriptionis sunt. Non sunt usucapiones nisi sunt tibi talia
Bona fides, justus titulus, res ... initio quibus
Quod res tradatur tempus continuum

Ad primum In nobis titulus hic est justa causa translativa possessionis et habilis ad transferendum dominium, per quam inducitur legitimum possessionis initium. ejusmodi est emptio, donatio &c. et quicumque nominatis.

Ad 2dum bona fides necessaria est ut in dubio credat possessor eum a quo habet titulum fuisse dominum et habuisse jus alienandi aut credat legaliter usucapere posse. Et sic de jure civili initio tamen praescriptionis requiritur, quae tamdiu adhuc manet, donec probetur contrarium, Jure canonico autem omni tempore usque ad complementum praescriptionis

Ex interdicto legis quae vetet ejusmodi rem quae possidetur alienari, et sub eo quibus praesentibus stipulatur

usucapit etiamsi id possessor ignoret. Nam juris ignorantia non inducit bonam fidem, jura enim omnes scire debent; facta autem sunt scire aut scire oportere.

Quoad tertium continuao possessionis quae fit per tempus a lege definitum sine ulla interruptione dependet a diversitate temporis definiti. Nam quaedam est triennalis in rebus mobilibus. Quaedam quadriennis ut cum a fisco res emuntur. Quaedam decem annorum ut in rebus immobilibus inter praesentes viginti inter absentes. Quaedam 30 annorum cum quis sine titulo longissima possessione rem acquirit. Quaedam 40 ut in rebus Ecclesiae praescribendis. Quaedam centum annorum aut tanti temporis ubi de ejus initio non exstet memoria ubi in rebus civitatis et principis ab servitutibus. Ubi etiam praescribuntur actiones ab aliqua uno anno ut injuriarum actio, aliquae biennio ut actio doli, nonnullae quinquennio ut inofficiosi querela.

Quoad rem vitiosam requiritur ne sit dotalis impedita bic autre sacra religiosa, furto ablata, vi possessa aut testamenta separari prohibita aut pupillaris intra quam nec incipere fit praescriptio nec ante intra aetatem forte incepta continuari sed durante ea aetate omnis conceptio dormiat atque cessat. Item minores

etiis

ex pubertatem contra quam non praescriptio 30 vel nonaginta annorum currit, non etiam illa minor 10 vel 20 annorum. Eadem ratione et hostilitas, pestis et similis casus impediens agendi facultatem praescriptionem impedit: nam impedimento ejusmodi durante dormit similiter usucapio. Quaerendum est actione jam nata, nam antequam nascatur si impedimentum incurrat non quidem dormit praescriptio, sed non incipit currere juxta regulam non valenti agere non currit praescriptio. Adversatur etiam usucapioni in integrum restitutio per quam rescinditur. Item quod supra positum est cessare ac dormire praescriptionem ob impedimentum aliquod, sic accipiendum id est quando facultas agendi ita plene impedita est ut ob ejusmodi casum jus non reddatur, secus autem currit etiam tempore belli vel pestis praescriptio.

Praescriptio interrumpitur interruptione vel reali nudre v. g. si res occupetur a flumine vel mari vel ... Vel civili quae fit facta quae sit a debitore ejusdem utendione, provocatione, litis contestatione, jure vero Canonico mala fide interveniente quocunque tempore interrumpitur praescriptio. Notandum vero aliud esse interrumpi aliud dormire praescriptionem. Item dormit cursus inchoata usucapio non est nullius momenti, sed sublato impedimento continuatur et tempus prius cum sequenti conjungitur. Ubi vero interrumpitur praescriptio, rursus de novo inchoanda est

Titulus VII
De donationibus

Inter alios modos acquirendi rerum dominia singu[la]
[?] quidem ex jure civili [?] et donatio late modo accepta non
vero [?] juris gentium. Unde
Donatio est contractus seu conventio legitima juris gen-
tium qua acceptante donatario ad rem liberalitate
donantis alienandam astringitur illius consensu [?]
Et re ipsa est donatio non verbis [?] seu
aequipollentibus, alioqui non donatio esset sed
pactum futurae donationis. Donatio vel pura
seu propria est quae et simplex dicitur [?] improprie
[?] donator sine ulla causa ex sola liberalitate
peragit ea mente ut rem donatam nullo casu
ad se reverti velit. Donare hoc modo possunt
omnes illi qui non prohibentur ut prohibentur filiifamilias
a quo facta [?] in potestate relictus donati[o]
rata non est nisi certis jure definitis modis
confirmetur, furiosi pupilli servi prodigi qui
[?] bonis a [?] donari [?] [?]
possunt atque [?] descendentium imo [?]
[?] intimatione opus est si bona excedant quingen-
ta aureos ut [?], [?].
Donatio alia est inter vivos de qua dictum, alia
causa mortis cum quis metu [?] periculi mortis
[?] seu [?] mortalitatis cogitatione donat
quod [?] alioqui pura erit etiamsi [?]
facta donatio. Ubi tamen [?] mentio est [?] causa

mortis

mortis donatio esse intelligitur altera cum quis
imminente periculo commotus ita donat ut statim
res fiat accipientis. Tertium genus est si quis pe:
riculo mortis non sic det ut statim fiant accipientis
sed tum demum cum mors fuerit secuta, donatio
autem illa debet fieri coram quinque testibus
ubi denique donatio est ob causam inter vivos. qua-
lis est donatio propter nuptias et hinc vel dos quae
datur marito a muliere vel ab alio pro illa ad susti-
nenda onera matrimonii, hanc reddere tenetur
primo pater naturalis et legitimus filiae debent in
sua potestate quamvis jam maritata sit nisi fuerit
haeretica perseverans nec resipiscens. Vel
tutores et curatores pro modo facultatum puellarum.
Vel est donatio propter nuptias id est dotalitium seu
remuneratio illa quam maritus ex bonis suis uxori
in assecurationem dotis ascribit, ut plurimum rebus
immobilibus vel mobilibus. Vel est sponsalitium quod
vir erogat in uxorem antequam cum ea mensa
accubuerint. Vel sunt arrhae quas dant in instrumento
sponsaliorum quas sponsus non secutis sua culpa
nuptiis amittebat, aut culpa sponsae duplicatas
recipiebat. Titulus VIII.

Quibus alienare licet vel non

Cum dominii species sit potestas de re sua quod libet
disponere hic examinandum est quibus alienare
aliud liceat vel non proinde, dantur quatuor regulae.

1mo regula Dominus rem suam alienare potest
2do qui non est Dominus non potest rem alienare.
Utraque tamen suas patitur exceptiones. Ad 1mam
excipitur maritus qui licet sit Dominus rerum dotalium
non tamen eas alienare potest, neque servitutes
fundo dotali amittere, nec alias ei imponere;
et hoc etiam consentiente uxore cum intersit reipub.
dotes mulieribus conservari. Quod intelligendum non
solum de re dotali immobili, sed etiam et mobili, nisi
hoc servando servari non possit aut data sit
in moneta alienare numero et mensura constan-
te, modo alienans maritus habeat alias res ex
quibus uxori consuli possit. 2do non potest alienare res
pupilli sine authoritate tutoris etiamsi servando ser-
vari non possit, unde nec pecuniam alteri mutuare
nec obligationes aliquas contrahere aut contractas alienare.
3tio non possunt alienare adulti curatores habentes
prodigi filij respectu bonorum adventitiorum in quibus
pater usumfructum habet vasalli et emphyteutae
sine consensu dominorum.
Ad 2dam regulam excipitur creditor qui oppigno-
ratas res alienare potest certis conditionibus
quae sunt aut ex conventione in casu non
solutae pecuniae intra certum tempus ob
pignus distrahatur aut non distrahatur etc.

Scripsa fuerit trina denunciatio licite distrahi pt. Aut ex promissione legis ut si creditor denunciaverit debitori de pignore alienando, post denunciationem libere distrahere pt. Quod si etiam talis res emptor non adsit, pt impetrare a principe creditor dominium, loq. rei sibi oppignoratae. Titulus IX

De quas personas dominium nobis acquiratur

Acquirit dominium a nobis per nosmetipsos, legitimis modis de quibus actum, tum per eos qui in nostra sunt potestate ut liberi, servi, et quoad certa bona. Primum est castrense quod ratione militiae acq. a filiofamilias. 2dum quasi castrense quod ex officio v. beneficio acquirit. In his filius familias plenum jus habet pater nihil. 3tium est peculium seu bona adventitia quod filius acquirit ex aliena liberalitate utpote ex bonis maternis, nuptialibus item ex donationibus, legatis et in hoc pater solum usumfructum habet, nisi ratione hoc acquirit, ne ullum usufructum habeat pater. 4tum peculium profectitium quod ex re patris proficiscitur, id est ex ejus lite v. occasione et in hoc habet pater proprietatem et usufructum.

Per servos nostros etiam nobis invitis acquirimus

Dominia pleno jure et possessio modo tradita sit. Quod vero attinet servos fructuarios et alienos aut homines liberos bona fide a nobis possessos his acquirunt nobis ex duabus causis, ex re nostra et operibus suis ex aliis servis fructus.

Possumus etiam acquirere per procuratorem non modo dominium sed etiam possessionem, si acquirere nobis possumus, etiam per tutorem et curatorem negotiorum gestorum sed et his ratihabitione opus est.

Et hi sunt modi acquirendi rerum dominia quae fiunt jure singulari omissis legatis et fideicommissis particularibus de quibus postea, transit ergo ad modos universales, inter quos primus est hereditas vel ex testamento vel ab intestato, unde prius de testamentis. Titulus X

De testamentis ordinandis

Testamentum est voluntatis nostrae justa sententia de eo quod quis post mortem fieri velit. Unde non potest pendere ab alieno arbitrio, immo nec ad alienius interrogationem factum valet.

Testamentum aliud est solenne quod in scriptis coram 7 testibus fit, aliud nuncupativum.

quod vivâ voce nominato heredi fit, aliud est
scriptum ut solenne, aliud imperfectum ut codicilli.
Perfectum iterum aliud est privilegiatum ut inter
liberorum, ad pias causas, vel rusticum, vel oblatum
Principi vel Canonicum factum coram parocho et 2 testib.
Porro in omni testamento spectatur an is qui fecit
testamenti factionem habuerit h.e. non prohibitus
an ite factum sit testamentum quod libet
in sua specie et debita forma ut scriptum
integris literis, heredis institutio, subscriptio
et assignatio à testatore et testibus vel simul nun-
cupativum absque scriptura, requiritur coram septem
testibus vivâ voce factum, vel etiam coram pau-
cioribus ut in testamento inter liberos, ad pias causas,
rustici, tempore pestis aut belli, et quod Principi
aut magistratui oblatum est et actis insinuatum
est, Apud acta autem intelligi debet quod fit
coram invocato magistratu et actuario publico
ipsisque rogatis ut hujusmodi testamentum in
acta publica referant, testamenta etiam fieri
debent uno contextu, uno tempore, nulloque
actu extrinseco interrumpi, alias non vide-
buntur habere ita liberam disponendi facul-
tatem imo praesumptio maxima adversus testat

Testes in conficiendis testamentis prout omnes prohibentur, praeter tamen mulier, servi, [illegible] in codicillis et in testamento ad pias causas et inter liberos, item impubes, furiosi non tempore dilucidi intervalli, servus et monachi, prodigus, haeretici, seu filii et fratres quoad eadem personam non vero quoad alienam.

Caeterum in ejusmodi testamentis condendis servetur cujusque loci maxime vero domicilii testatoris spectanda, quae hic in regno fiunt vel coram notario publico vel coram testibus qui sufficiunt duo presbyteri [illegible] vel duo viri probi rogati in testamento ad pias causas. Ubi alias notarius et duo testes, vel si hi absint quatuor testes testator offerat testamentum clausum per se vel [illegible] [illegible] hanc suam esse voluntatem quod testes subscribant (aut si nesciant scribere viciniori parocho denuncient vel judicio villano juxta decret. synod. [illegible]. Vel etiam fiunt testamenta scripta tamen vel subscripta manu testatoris propria sine testibus et actibus publicis utcumque quod maxime hic in regno observatur.

Titulus XI

De militari testamento

Inter ipsa et privilegiata testamenta est etiam militare
militare testamentum est quod a milite in expeditione
vel in acie constituto omissis solennitatibus ita
factum est ut saltem constet de voluntate ejus
militare aliud est quod in castris et in acie
fit sive in congressu et tunc sufficit indiciis
aliquibus saltem quis voluntas testatoris ex:
pressa vel extra congressum ad quod duo sufficiunt
testes rogati.
Privilegia hujus testamenti quod miles mutus, surdus, de
capite status, filius fam. de peculio castrensi vel quasi
de crimine militari condemnatus testamentum facere possit.
Ut miles pro parte testatus pro parte intestatus h.e. etiam
imperfecto testamento decedere possit. Contra jus liberos vel insti:
tuere exheredare, heredes vel exheredare ex certo
tempore et ad tempus instituere heredem etiam
deportatum, testes etiam mulieres esse
possunt modo testantis nuncupationem intelligant
Amittuntur vero illa privilegia si de fide, acie de:
sertaque armis amissis, laesa majestate vel alio gra:
vi crimine fuerint condemnati.

Titulus XII

Quibus est permissum facere testamentum

Quatuor sunt casus impedientes faciendi testamenti

tertio defectus potestatis, ut filij familias de
bonis profectitijs et adventitijs, deinde servus carens
communione juris civilis, capti ab hostibus, obsides,
servandae fidei causa datis. monachi nisi ex concessione
summi Pontificis, damnati poena capitali sed hoc fere
jam obsolevit ex in locis ubi publicatio bonorum dam-
natorum non adhaeret nec per poenas literis adimitur
libertas, Quorum utrumque cum novo jure subditis
nuper induxerit [illegible] ut damnatio neque bona
nec libertas auferant Wesenb. dig. lib. 28 tit. 1,
2do defectus mentis et consilij sit impubes, etiam
cum authent. tutoris etiamsi sit proximus pubertati
requiritur ad pias causas; furiosus nisi habeat dilucida
intervalla, prodigus. 3tio defectus sensus ut mutus
et surdus ex natura aut ex accidenti nam tales vel per se
vel per alium scribere possunt testamentum, Item caecus
nisi servatis servandis, et nisi respectu interdictio
4to prohibitio legis ut mulier intra annum luctus
nubens, usurarius manifestus nisi facta satis-
factione aut cautione de restituendo, haeretici.
Possunt etiam plures in eodem testamento simul testari
ut pater et filius maritus et uxor et quot sunt
personae tot esse testamenta intelliguntur.

Titulus XIII

De exheredatione liberorum

Cognito testamento eiusque stilis? Mius
sequitur de hereditas et exheredatio. Proinde

Proinde exheredatio est ius excludendi quod alicui in bonis
[illegible] competit a testatore facta privato, ut est dum
a successione removet is cui ipsi iure debetur. exheredatio
autem hoc debet fieri ex iusta causa alias non valet. ut
his septem ex causis exheres fit ei esto
si patrem feriat vel maledicat ei
carcere detentum si negligat aut furiosum
criminis accuset, parat insidias
si dederit damnum grave, si nec ab hoste redemerit
testari vetet, se sociat ve malis
si minor sequitur vitio ve cubile parentis
non orthodoxi, filia si meretrix

Hoc tamen ultima causa, quae ob turpem sterilitatem
exheredationi defert iure ... non obtinet, cum iure
contra existimatione non ... privatur. Unde nec tantum
a iure communi exheredari ... quis liberorum contra
parentis voluntatem nuptias contrahit.

Has vero enumeratas causas veras esse probare
heres instituti ... ceteroquin testamentum ... propter
bonitatem ... Itaque ... si ... parens
... sive expressa causa, sive ... testamentum inde ... est
nullum tamen quoad institutionem ... valent
et ad 30 annos ... nullitatis ... impugnari potest

Si vero exheredat ... an causa inserta vel non, nulla inserta

aut idonea testamentum irritum fit. Inserta autem
ad legitimam valet indistincte, ita ut si pupillus
ne nasset exheredatus, sin falsa intimat exhere-
datus ex eo rescinderet testamentum querela instituti
intra quinquennium debeat, testamento alioquin vali-
turus, idemque in praeteritione materna quae pro ex-
heredatione est et emancipatis liberis est obser-
vandum. Wesemb. dig. lib 28. tit 2. 8.

Verum hic [illegible] his itidem modis, sed tamen possunt
testatores relictis pupillis tutores seu executores
testamenti assignare qui legata aliaque in testamentis
ordinata exequantur quae testamenti similitudinem potius
quam testamentorum vim obtinere videntur opere
solennitatibus superstitis destituta.

Titulus XIV

De heredibus instituendis

Hereditas est successio civilis in universum jus quod
defunctus habuit; heres quidam dicunt provenire
ab Herus i.e. dominus, quidam ab aere seu pecunia,
alii ab haerendo quod heres defuncto adhaeret. Heredem
instituere porro nihil aliud est quam certum sibi suc-
cessorem nominare.

Heredes autem fiunt aut ex necessariis ut servis, aut
ex suis ut propriis et domesticis testatoris, aut
ex extraneis quibuscunque. Hereditas autem est

Legitima quidem lege ab intestato deferri, aut testamentaria quod ex testamento, Item alia Indicta, alia pura alia conditionalis, alia directa alia indirecta alia fit ex in toto, ex in quota ejus parte aut in re incerta. neque institui deportati in perpetuo banniti, damnati ad metallum, incestuosi liberi, haeretici, apostatae, collegia illicita, neque in certa persona, quoniam certum esse consilium testantis. Si autem testator ex unum ex plures haeredes instituere et intelligitur eos aequalibus partibus instituisse nisi diversas et inaequales exprimerit, etiam casu quo successuri ab intestato instituuntur ut v.g. frater et alterius fratris liberi qui ab intestato tantum partem patris per successionem in stirpes novissimo jure civili caperent instituti in testamento una cum fratre testatoris in capita non in stirpes succedunt, quod tamen non obtinet si pater filios una cum eorum nepotibus instituat: intelligitur eum voluisse ut juxta naturae ordinem et communem parentum affectum successivo ordine admittantur.

Haereditas plerumque (nam testator plures paucioresve partes vetes statuit) in 12 uncias dividitur quae assis appellatione continentur debent autem hae partes propria nomina ab uncia usque ad assem utputa sex, Uncia, sextans, quadrans ...

Titulus XV

De Vulgari Substitutione

Exposito primo institutionis gradu sequitur de secundo, 3tio &c.
Potest enim plures institutionis gradus testator facere,
et omnes post primum vocantur substitutiones, de qua
substitutio est secunda heredis institutio ~~et~~ in quem casum ul-
teriori gradu. Est in brevem cujuscunque instituti
heredis deficientis substitutio. Est autem triplex alia
directa cum quis in testamento substituitur v. g. Titius heres meus esto
vel si Titius heres non erit Cajus esto; sic est directe institutus Cajus
in testamento substitutus; alia obliqua quae mediante substitutione
ut Titius heres meus esto et si Titius heres non erit Cajus esto
et si Cajus heres non erit Maevius heres esto. Directa
iterum vel est vulgaris quae continet casum verbis
contra expositis, vel exemplaris vel expressa vulgaris quae
fit verbis negativis ut Titius non erit Cajus heres esto
vel tacita quae fit verbis affirmativis negationem tamen
involventibus v. g. Sempronium heredes instituo
Titium et Cajum deinde substitutionem hoc modo facio
Est nec invicem substitutio vel quis uter inter Ca-
jum et Titium vixerit heres meus esto quo
casu si ambo vixerint ambo heredes erunt
nisi unus vivit vel non potest tunc alter solus erit heres.
Si testator plures heredes instituerit ex partibus
inaequalibus ac deinde eos invicem substituerit
in substitutionibus hereditatis partibus non admittuntur
ad aequales partes sed pro rata ut tantum

datum aliis videat in substitutione quod in institutione scipue sicut testator sub appellatione heredum substituet.

Effectus substitutionis est 1mus quod substitutus in aditione hereditatis tum sequatur quod institutus 2us quod si testamenti institutione valet substitutione valebit. 3tius quod substitutus nunquam admittatur quamdiu institutus hereditatem adire potest, porro jus adeundi proprias transmittit etiam ad heredes instituti

Titulus XVI

De Pupillari substitutione.

Secunda species substitutionis est substitutio pupillaris, Quae est quae datur liberis suis impuberibus in potestate sua existentibus ne in alterius potestatem recasuris substituit heredes in eum casum si heredes erunt et in potestate pupillari decedent. Estque alia expressa quae fit verbis expressis quae et aspectat, alia tacita quae continetur in expressa vulgari ex legis interpretatione et praesumpta mente ~~[illegible]~~ testatoris v.g. Petrus meus filius heres esto et si heres non erit Titius heres esto haec est expressa vulgaris quilibet enim filio substituere potest, sed si filius adierit hereditatem et intra aetatem pupillarem decesserit

etiam hoc casu ex tacita pupillari admittetur non autem vulgari, quia adita hereditate extinguitur.
Est et alia substitutio quasi pupillaris qua parens mente captis filiis suis et nepotibus ex testamento impuberes substituit certas personas donec resipuerint vel etiam quod filius meo immineret perventurus ad aliquod ex substitutione pupillari et vulgari expresse facere et pupillarem facere cavere ex testamento aperta ne clausa aperiantur nisi adhuc filio impubere.
Et non solum impuberibus sed etiam exheredatis pupillariter substituere potest pater, et vel singulis liberis vel ei qui novissimus impubes morietur ut omnes morienti solus habebit hereditatem in substitutus. Ista vero pupillaris substitutio in masculo ad 14. in foemina ad 12 extenditur quo elapso evanescit.
Notandum filiis qui non sunt in potestate patre et iam puberis non potest parens substituere heredem et nullum post eius mortem substituere heredem quia filii puberes proprietatem suam tradendi habent nisi per fidei commissum v. g. Togo te heres ut si ante 20 annum decesseris vel post mortem meam, restituas hereditatem meam Titio

Titulus XVII

Quibus modis testamenta infirmentur

Testamentum infirmantur officio judicis de quo paulo post vel ipso jure de quo hic.

Ipso jure infirmatur vel irritatione vel ruptione. Rumpitur autem testamentum cum testatore manente in eodem statu jus testamenti vitiatur vel agnatione posthumi qui nec sit in testamento institutus vel quasi agnatione ut si testator aliquem adoptaverit vel restitutione posterioris testamenti quod priori derogat irritatur vero testamentum si capitis diminutione vel post mortem non adita hereditate et si deredictis vel si testator testamentum interfecerit metu poenae. Verum quomodo testamentum semel factum irritum tamen inutile manet. Quamquam posse dummodo septem testibus obsignatum sit, et testator in pristinum statum reverterit ita ut mortis tempore sit suijuris; quo casu sublata causa tollitur effectus. Quocunque autem modo testamentum infirmetur totum corruit, nec legata debentur sed ab intestato succeditur perinde ac si nullum factum esset quia testandi actus est individuus nec pro parte valere potest.

Titulus XVIII

De inofficioso testamento

Secundus modus infirmandi testamentum est officium judicis et fit mediante querela inofficiosi testamenti, unde de bonis inofficiosi testamenti

Querela inofficiosi testamenti est remedium subsidiarium quo petit quis exheredatus vel praeteritus ut judex per sententiam suam declaratoriam reddere impugnatum testamentum tanquam injustum rescindat, competit vero ista querela liberis utriusque sexus legitimis naturalibus et naturalibus sive jam natis sive nascituris, 2do ascendentibus utriusque sexus. 3tio collateralibus proximioribus id est fratribus et sororibus ex eodem patre natis, locata quando personae turpes et infames institutae sunt.

Competit autem ista actio quando nihil penitus a testatore est relictum, et hoc modo. Nam si in legitima sunt instituti, nihil quidquam, sin in minori parte agent ad supplementum. Si vero exheredentur tunc cautio fit injusta causa et testamentum fit nullum et sic ab intestato succedunt, aut ex justa causa et sic merito ab hereditate excluduntur et querela

Legitima autem portio est 3tia pars bonorum si 4 aut pauciores sint liberi, si vero sint plures quam 4 legitima est semis et ita dimidia pars bonorum jure etiam omnibus. Vivente vero patre legitima debita nec petere potest ut eam consequatur sed a morte testatoris suo jure debetur.

Titulus XIX

De heredum qualitate et differentia

Absolventes jam de testamentis et codicillis nunc de eandem quae sunt heredum qualitas, legata, fideicommissa et codicilli in quibus sequitur, nunc de qualitate heredum. Heredes alij sunt necessarij ut servi, alij sui et necessarij ut liberi et descendentes in proximo gradu instituti et ceteri liberi in potestate manentes; dicuntur sui instituti juris naturalis qua pater et filius unam personam. dicuntur necessarij instituti legis 12 tabul. quo ipso tunc esse heres. Alij denique sunt heredes extranei qui sunt extra lineam descendentium et quandoque descendentes emancipati tum a matre heredes instituti extranei dicuntur. vero quia foemina liberos suos in potestate non habet. Datur itaque extraneis atque suis heredibus jus deliberandi an velint adire et repudiare hereditatem cum enim possit esse lucrosa v damnosa. hodie vero hoc tempus definitum est ita ut annus a Principe novem mensis a Judice indulgeantur. Quo durante tempore fit heredi potestas inspiciendorum instrumentorum. Modo vero aliter huic deliberandi spatio provisum est, ut hac deliberandi tempus non habet, sed intra tricesimum ab adita hereditate diem conficere possit inventarium cujus effectu non ultra vires

hereditatis creditoribus et legatarijs obligari

Est autem inventarium legitima bonorum in hereditate repertorum conscriptio et inscriptio redacta.

Fit autem inventarium hodie manu notarij publici in presentia testium, ut fieri solet coram ... nis qui Judicum vices obeunt.

Quodsi autem Executores testamenti inventarium ... negligant debent se Juramento purgare quod nihil ... defuncti ... legata testatoris ...

Quod etiam in uxore ... allegat ... inventarium rerum a marito relictarum ... neglexerit, mediante Juramento de singulis reddere rationem cogitur.

Titulus XX

De Legatis

Postquam de testamentis ... Jure quo dominio rerum per universitatem acquiruntur, nunc quae per singularitatem ... agendum est inter ... legata.

Legatum est donatio quaedam a defuncto relicta ab herede praestanda. ... donatio quaedam ... alias donationis species, differt enim legatum a donatione inter vivos quod haec non revocantur nisi ... ingratitudinis. Legatum vero potest revocari quandocunque ... voluntas sit ambulatoria usque ad mortem. ... differt a donatione causa mortis quod praesentiam testium requirit, legatum autem absentibus et ignorantibus

relinqui possit. Deinde donatio à quovis fit hoc verò tantum à [illegible]

Legatorum olim erant genera quatuor, 1mum per vin-dicationem. 2dum per damnationem. 3tium per modum sinendi 4tum per praeceptionem quae omnia tum ex vi et modo verborum dependebant. Sed hodie quibuscunque verbis cum indifferenter legari possit, horum generis discrimina sublata sunt, et una est natura omnium legatorum sive sint verba directa sive indirecta sive precaria sive aliquo alio modo nihil refert modo certa inquirentio voluntatis dirigat.

Legari possunt omnes res quae sunt in commercio seu patrimonio nostro hoc est quae à nobis desunt possidentur v. possederi possunt, sive eae sint testatoris, sive heredis, sive aliena; nam has legatas redimere heres cogitur aut aestimationem solvere.

Forma autem legatorum certa et solennis hodie quidem nulla est: nam etiam nute relinqui possunt dummodo quinque testes rogatum adsint, qui in omni ultima voluntate, omnis ex solenni requiruntur et pure et in diem et sub conditione recte legatur.

Legatur autem varijs modis 1mo conjunctim quando pluribus una res conjunctim relinquitur ut lego Titio fundum et Cajo. 2do disjunctim ut lego Titio dimidiam partem fundi et Cajo alteram. 3tio alternative ut Titio aut Cajo utrorum velet centum modo. 4to [illegible] ione.

Ad legatum autem recuperandum tradari possunt

actiones universalis dicta ex testamento qua agit legatarius contra personam heredis. 2da rei vindicatio qua quis rei vindicatione legatarius vendicat i.e. repetit ab quovis herede rem a se legatam. 3tia hypothecaria qua agit legatarius in contra heredem ut liberet rem oppignoratam per testatorem sibi legatam.

Extinguitur autem legatum dolo aut culpa heredis pereat, deinde si legatarius vivo testatore decesserit conditione non impleta 3tio translatione ademptione denique.

Titulus XXI

De ademptione

Expeditum est quomodo legata relinquantur, restat dicendum quomodo amittantur, amittuntur autem legata ademptione, translatione, dubia consecutione, ademptione poenae, de his. Ademptio legatorum fit aut expresse aut tacite, quae testatori merito permissa est, etiam contra heredem se revocare velle, quod suprema sententia prout jam dictum est libera sit usque ad mortem, potestque adimere usque ad mortem, cum voluntas ultima nullam obligationem inducat ante mortem qua sola confirmatur. Fit vero ademptio expresse cum disertis verbis adimitur aut contrariis verbis, et quam testator ejus destructio[n]e [illegible] tacite vero fit cum inimicitiae capitales inter testatorem et legatarium exortae sunt, item cum testator vivens

alij rem legatam donavit.

Aut ademi legatum potest ita et ad alium transferri: veluti hoc modo: Quod Titio legavi id Seio lego: quae res in Titij persona tacitam ademtionem continet. Translatio itaque legati fit quatuor modis, aut enim de persona legatarij in personam transfert aut ab eo qui dare iussus est, transfert ut alius det, aut cum res pro re datur aut quod pure datum est transfert sub conditione, quod alij legatum sub conditione quod alij pure legatum est in plane nescio videbitur et primo sed ita demum si conditio sequentis exstiterit.

Titulus XXII

De lege Falcidia

Quemadmodo vel modo emittuntur et minuuntur legata dicendum est et hoc fit per legem Falcidiam, unde Lex falcidia a Falcidio tribuno plebis introducta tempore triumviratus Augusti, ideo ne (cum olim totum patrimonium per legata distrahi potuit) plus liceret testatore legare dodrante, quod si plus sunt id quod excedit dodrantem per l. Falcid. detrahitur et heredi applicatur, et sic 4ta pars heredi cedit.

Et si plures sunt heredes unusque portio sit magis onerata hinc magis onerata excepta ad supplendum suam partem ex alterius non onerata.

Et si autem testantis gratia introducta est falcidia tamen et ab intestato locum habet ut in fideicommissis

In ponenda autem l. falcidia bona consideranda sunt sicuti fuerunt tempore mortis, a prius omne aes alienum, dos, funeris impensa, pretia servorum manumittendorum et quidquid hereditas debet est deducendum, ac demum residuorum bonorum facta, de singulis legatis pro rata cujusque quarta falcidia detrahetur.

Cessat autem beneficium falcidiae si testator eam prohibuit, et in legatis ad pias causas, item si haeres inventarium non fecit, in testamento quoque militari et in dote legata uxori. Titulus XXIII

De fideicommissariis hereditatibus et S.C. Trebel:

Secundus modus acquirendi bellorum rerum dominia est fideicommissum. Fideicommissum est substitutio quaedam per quam imponitur onus heredi ut hereditatem alteri restituat. Fideicommissum aliud est universale quod universum defuncti patrimonium relinquit, aliud singulare dum res particularis ex hereditate restituenda committitur alicui; Relinquitur vero fideicommissum tam expresse expressis verbis quam tacite ut mando tibi filia ne condas testamentum si innupta decesseris, hoc casu tacite censetur rogasse ut fratri hereditatem restituat.

Relinquitur tam in testamento in quo heres directus debet rogari ut alteri restituat hereditatem quam ab intestato quando testator volens facere testamentum rogat heredem qui ab intestato succedit ut here-

tatem restituat alteri
Senatus Consultum Trebellianum est lex a Trebellio Maximo et Annaeo Seneca Consulibus temporibus Neronis lata, qua sancitur heredi ut hereditatem fideicommissam velit nolit restituat fideicommissario. Sin vero hereditate restituta cavere debet heredi de indemnitate seu ut melius dicitur per cautione et videlicet ut heres nullam inquietationem juris intuitu [illegible] hereditatis sentiat ab aliquo alio. Hinc in tali casu detrahi etiam Trebellianicam deducto primum aere alieno, impensis funeris, et pretio pro servitio famulorum aut [illegible]. Titulus XXIV.

De singulis rebus per fideicommissum relictis

Sequitur jam de rebus relictis per legatum et fideicommissum. Unde
Res singula tam propria quam aliena potest per fideicommissum relinqui ab herede vel legatario, itaque legatarius vel fideicommissarius gravari etiam non solum eam rem quae sibi a testatore relinquitur restituat, sed etiam aliam suam vel alterius cujuslibet rem redimere et praestare vel aestimationem ejus solvere hoc vero observato ne plus quisque rogetur alteri restituere quam ipse ex testamento ceperit. Et non solum res corporales sed etiam incorporales veluti libertas servo proprio vel alieno per fideicommissum relinqui potest. At hoc libertas relinquitur vel directe

quod singuli separatim in testamento dicit Stichus servus meus liber esto, et hinc separationis fit libertus vel obliquo super fideicommissum quod tunc rogat heredem vel legatarium ut servum manumittat et is efficitur libertus eius qui rogatus est eum manumittere, Eiusmodi fideicommissa relinqui possunt vel per precativa, et mandativa verba vel precari, ut rogo peto etc. Possunt autem ~~relegatarii~~ fideicommissa non tantum in testamento verum etiam in codicillis de quibus

Titulus XXV

De Codicillis

Universitas bonorum cum non tantum per testamentum acquiritur sed etiam per codicillos. Vide.

Codicillus dictus a codice, seu caudice corpore arboris parte in qua olim scribebatur. Est ultima quaedam voluntas imperfecta seu minus solemnis facta coram quinque testibus de eo quod post mortem suam fieri vult sine heredis institutione, dicitur enim scriptura quae nomen ipsum indicat, nam codicillus quia fit sine scriptis sicut defuncta fieri potest et nuncupando, alioqui tum codicillus dicitur. Fit autem breviter sine solemnitate ~~testamenti~~ testamenti et sine heredis institutione quibus modis testamentum a codicillis differt.

Fieri autem potest eum sine testamento, cum testator quod quis facit simul et codicillos. Alii autem ante testamentum quod testator prius illos facit postea testamentum, aut post testamentum quod prius testamentum postea codicillos et tales tamen valent nisi expresse per testamentum revocentur; ipso testamento quod facto testamento in ejus subsidium codicillos facit tamen demum valeant si testamentum valere non potest, dum adjecta hac clausula, si non valet testamentum jure testamenti valeat jure codicillorum vel alterius cujuscunque voluntatis omni meliori modo ac forma quo de jure valere potest, quae clausula adjecta producit ut si testamentum non valet ob defectum aliquarum solemnitatum, interea ea valebit.
Quod quis plures codicillos relinquit, possunt omnes consistere valere modo inter se non sint contraria, alias prior per posteriorem censetur revocatus. Testamenta autem plura si quis faciat non omnia simul valebunt ... posterius semper derogat priori, et haec compendia ... duos libros referebant

Liber 3tius Institutionum Imperialium

De rebus hujus objectum acquisitio ... scilicet ... praemissa prius ... de hereditatibus ab intestato usque ad titulum decimum tertium

Titulus Primus

De hereditatibus quae ab intestato deferuntur

Haereditas ab intestato dicitur legitima successio quae est a lege constituta. Est universalis acquisitio bonorum hereditariorum nullo condito testamento certo quodam ordine proximioribus consanguineis defertur. Intestatus decedere dicitur qui vel non fecit testamentum vel non rite fecit vel factum irritum ruptumve est idem vel per capitis diminutionem vel quondam inofficiositate posthumi aut agnatione, vel qui nullum instituit heredem. Omissis igitur variis juribus antiquitatis qui varios servabant ordines successionis qui modo aboliti sunt: hic tantum usitatos ordines successionis ponamus nempe descendentium, ascendentium, collateralium, conjugum, fisci de quibus igitur separatim

Primus ordo succedentium ab intestato est descendentium scilicet suorum, liberorum et liberorum filii nepotes pronepotes et aliqui volunt in infinitum. Filii quidem et liberi in capita nepotes autem et alii in stirpes sive soli sint sive cum amigradus liberis sunt, et quidem hodie omni tempore emancipationis distincta remota sive et monachi succedant parentibus ab intestato. Liberi autem alii sunt legitimi alii illegitimi. Legitimi autem sunt qui ex legitimo matrimonio nati, vel extra matrimonium nati per subsequens tamen matrimonium legitimati vel legitimati per rescriptum principis et etiam Imperii

per Comitem Palatinum qui omnes postea succedunt cum filijs natis. Alij filij sunt illegitimi idque naturales qui ex concubina domi retenta nati sunt, concubinatus autem jure civili [illegible] prohibitus est, ad tamen incestuosa ut ab ipso prohibitus ferendus non est, facit enim ad hoc jurisdictionem et honeste vivere. Tales igitur filij Patri succedunt in duabus uncijs si nulli adsunt liberi legitimi nec uxor legitima, si vero habet filios eorumque legitimos in nihil succedunt sed solum ab illis alendi sunt, quod si sint plures unciam succedunt. Legitimes vero naturales ante uncias succedunt. Matri autem cum alijs filijs imo et nepotes eorum etiam succedunt. Quidam liberi illegitimi sunt spurij qui patrem non norunt et ideo patre nihil a matre vero here: ditatem habent si desunt legitimi et naturales. Alij denique sunt incestuosi hi nec matri nec patri succedunt nec ab intestato nec ex testamento imo jure civili alimenta illis denegantur.

Legitimi iterum alij sunt adoptati vel arrogati et hi durante adoptione indistincte patri adoptivo succedunt quamvis adoptans filios suos habeat legitimos imo quamvis adoptans patrem habeat naturalem dummodo non fiat in fraudem illius, emancipati autem tamen admittuntur si ab ascendente facta fuit adoptio et emancipatio fiat patri naturali mortuo, tunc enim emancipatio adoptivo non nocet, atque inde tamen patri quam ante succedere eo casu potest. Jam vero patri naturali ad quem requiritur quis adoptetur successionem patris naturalis non amittit. Arrogati vero emancipati in tota minima parte succedunt.

Liberi alii legitimi, sunt ex diversis nuptiis, qui dein ter nuptias sui parentis ex donatione prius habet in aliis eodem modo succedunt.

Secundus ordo est ascendentium sive parentum, deficiente enim linea descendenti primum mater et pater succedunt aeque si soli sunt in testamento, defuncti fratribus et sororibus extantibus eis junctis: hi ascendentes succedunt juxta gradus propinquitatis, qui enim in eodem uno gradu ex agno [illegible] hereditatem ipsa tamen dimidiam accipiant a patre ascendentes alteram a matre etiamsi sint dispares numero atque eiusdem divisio fit non in capita sed in stirpes, jus repraesentationis hic locum non habet. Porro cum fratribus et sororibus proximior ascendens sive pater et mater utrique usque ad trientem divid. in capita hereditatem, liberi autem fratris sororisve in stirpem succedunt, jure tamen [illegible] hi a patribus excluduntur cum eo jure a lateralibus repraesentatio locum non habeat. Hoc igitur notandum quod ascendentes excluduntur hodie omnes collaterales exceptis sororibus et fratribus ex utroque latere nam ex uno latere ab ascendentibus vero etiam a fratribus ex utroque latere juncti sit excluduntur in allodialibus omnium in feudalibus jure regni exceptio ascendentibus locum non habet. Jure terrestri Prussiae tertio loco vocantur ascendentes

Tertius ordo succedendi est collateralium cognatorum et agnatorum ut sunt fratres sorores eorumque liberi tam patrui, amitae, avunculi, materterae aliique remotiores. In his autem fratres et sorores defuncto utrinque conjuncti nec non fratrum et sororum praedefunctorum liberi illi quidem in capita hi in stirpes

non exstantibus autem fratribus fratrum liberi soli succedunt in capita. post fratres utrinque junctos vocantur juncti ex uno latere eorumque liberi ubi distinctio est inter bona, in bonis enim paternis consanguinei soli, in maternis soli uterini succedunt in ab intestato qui vocantur. Jure Saxonico observandum est quod ad successionem in bonis hereditariis frater vel soror ex utroque latere excludit fratrem vel sororem ex uno latere tamquam gradu remotiorem id tamen ad ulteriores collaterales sive transversales, quorum cum eo de cujus successione quaeritur cognatio est trahendum non est ut et fratris etiam liberi ulteriores in gradu remotiorem transeant. Deficientibus his ceteri vocantur cognati ex ulteriores gradus prorogatione usque ad 10 gradum. Quintus ordo succedendi est conjugum in se invicem ubi imprimis statuta secundum et pacta dotalia ex fide habenda, sed si matrimonium sine dote sit stabilitum et maritus defunctus omnes suos conjux veniat in partem uxor cum liberis si tres fuerint ut fili heres in eandem virilem.

Quintus succedendi ordo est fisci modo si bona vacantia sint quod tamen fiscus excludit aulae [illegible] succedendi propriorem puta si hereditatis facti sunt incapaces.

Titulus 10

De bonis agnatorum successione

Secundus ordinibus successionum est in singularis de agnatis. Agnati gentiles qui per virilis sexus personas cognati juncti quique idem gentis nomen, eademque familiae insignia retinent sive masculi sive feminae.

Jure veteri non omnes simul agnati admittebantur. Jure vero novissimo omnes simul agnatos defuncti cum fratribus germanis ejus defuncti in stirpes vel in capita

Jure Saxonico agnati in rebus immobilibus vel succedunt, in aliis autem ut in Gerada quod a Germanico vocabulo gerade sive in mundo muliebri cognati pferunt, in hergewett autem sit in apparatu militari agnati pferunt.

Jure hujus regni fratres in bonis paternis succedunt sororibus dotatis, his deficientibus bona ad filias devolvuntur, possunt tamen eadem fratres patrueles obtinere, ne deveniant in aliam familiam, si eidem taxam bonorum pecuniam sororibus intra annum pro dote solvant, alias filia bona perpetuis temporibus possidebunt. Patruelibus autem fratribus non existantibus quilibet ejusdem familiae gradu consanguinitatis proprior in bona talia succedere potest iisdem sororibus dotatis.

Titulus 3tius

De Senatusconsulto Tertulliano

Legibus hic quondam mater ad successionem liberorum Saxorum restituitur: et hoc nove fiebat. ... lege 12 tabularum nullum jus ultro citroque capiendae hereditatis matri dedit, deinde jus Praetorium inter eas eadem post cognatos vocabat. Tiberius Claudius Caesar dum admisit in solatium liberorum amissorum in aere. SCto H. Tertulliano cons. admisit si mater ingenua ter libera quatuor filiis peperisset. Sed Justiniani constitutione mater et parentes indistincte succedunt et deinde jure novellarum ... patri matrique pariter deferri successionem intestatorum liberorum sive liberis suis decedentium, nisi mater infra

cum uel hubet uiginti quinque annis major filio suo
tutorem idoneum citra causam legitimam apud prae-
sentem judicem non petijt, et si post assumptam tutelam
ad ista bona convolavit non petito alio tutore nec
etiam ratione sua administrationis reddita, Lateliter praeis

Titulus 4tus

De Senatusconsulto Afriano

Lex 12 tabularum olim filios excludebat a successione
posita matre tum ex capite mortuum heredem cum non
essent in potestate matris, tum ex parte agnatorum
cum non essent agnati matri sed cognati: ex Afriano
autem S.C. liberi ad matris successionem admittuntur
etiam uaga et liberi vulgo quaesiti. ex Jure
Saxonico filia spuria potest haereditatem matris petere
sicut legitima, inter heredes autem et post
non sunt numerandi successores [illegible] sed tantum petendi
alimenta jus habent. Titulus 5tus

De Successione Cognatorum

Post suos et legitimos heredes Praetor proximiores
agnatos vocabat ad possessionem bonorum non vero
ad hereditatis successionem quia jure civili admitti non poterant.
Hodie jure novissimo aeque ac agnati succedunt
Cognati autem dicuntur ii qui per lineam foemini-
nam conjunguntur: hi vero dicuntur primo agnati
capite diminuti (effeminati capitis diminutione)
pass, emancipati aut arrogati, media enim aut
maxima capitis diminutio jus omne successionis tollit.
2do juncti per foeminas et proienientes ex linea
Feminea. 3tio liberi naturales in adoptionem dati
nam hi ad naturalium parentum hereditatem hi cum

gradu vocantur hujus cognationis in familia adhuc retinent: Cum et vulgo quaeriti hic intelligentur ea hi patrem non norunt et ideo agnati non sunt matrem vero certam habent et ideo cognati sunt et succedunt. hac ergo successione extendebatur prudentiam usque ad sextum vigesi[...] septimum in filiis consobrinorum et consobrinarum, agnatorum vero usque ad decimum gradum. Sed hodie sublato agnationis et cognationis, emancipationis et suitatis discrimine omnes indifferenter ad decimum usque gradum admittuntur et quidem in capita non in stirpes ex omnes ex pari gradu et eo jure veniunt: Dividitur autem est in descendentibus quidem ex jure suitatis sed etiam ex jure repraesentationis itemque nepotes in locum parentum succedunt Wesenb. lib. 38. tit. 7. num. 4.

Titulus Xus

De Gradibus Cognationum

Varia aliquid de cognatis est modo ad proximum gradum tam hereditates quam tutelae redeunt caput de horum graduum notitia dicendum est. Gradus igitur est intervallum quo cognitus quaedam persona 1o stipiti propior sit ex quot sunt personae in remotiorem tot sunt gradus. Cognatio ipsa horum gradus alia est superior in qua parentes, inferior in qua liberi et transversalis in qua reliqui cognati collocantur: superior itaque et inferior cum primo gradu transversalis a 2do [...] hoc praecipue etiam ponatur in ceteris. Quia pater superioris cognationis

filij inferioris initium fuit, necesse igitur est tot, primum constituere gradum cum primus stantibus quaquaversum de patre fiat in filium. Intransverso vero gradu ita cum pater et filij omnino ordinem constituant gradum et stantibus, necesse est, ut quaquaversum te vertas ubiq̃ stanteas, atque ita secundum facias gradum, atque frater et soror in eodem sunt gradu. Ad dignoscendos igitur melius hosce gradus observandae sunt regulae huic computationi servientes, ubi in linea ascendenti et descendenti haec observatur regula. Quot sunt personae tot sunt gradus stipite dempto. In collateralibus quoto quisque eorum differt a communi stipite toto gradu distant inter se differunt, sive quot sunt generationes tot sunt gradus stipite dempto. Canonistae vero qui una generatione multis communiter tales statuunt regulas et in eo quidem in linea ascendenti et descendenti ut in superioribus. In linea collaterali aequali haec: Quoto gradu utraque persona distat a communi stipite eodem gradu distant inter se. In linea vero inaequali haec: Quoto gradu remotior distat a communi stipiti eodem distant inter se. Advertendum autem hic est quod de haereditate bonorum possessione quoties, non semper eos qui ejusdem gradus sunt succedere, nam qui est in praedictiore ordine qui uis sit gradu ut certe posteriorem licet in proximiore

Titulus VII

De servili cognatione

Servilis cognatio est illa sanguinis necessitudo quae in servitute structa est. haec nulla jure civili valebat, ne ulli sibi in vicem succedunt, quia quidquid acquirunt dominis suis acquirunt. Ubi igitur Justinianus jus cognationis dedit inter servos, et tunc solum vim esse quando servi ad libertatem pervenerint, ut hi nimirum qui nati sunt servi et postea manumissi fuerint non modo parentibus simul libertate donatis jure cognationis ab intestato succedant, sed etiam sibi invicem et cum reliquis fratribus sive eodem patre sive ex eadem matre. Hoc vero jam obtinebat solum modo nomen servorum retentum. Unde

Titulus VIII

De successione Libertorum

Liberti dicuntur qui a servitute liberati sunt. nullis usque heredibus relictis vel ab intestato succedebant olim Patroni in totam hereditatem, deinde jure Praetorio in certam tantum partem. Tertio lege Papia Patroni in virilem partem succedebant, si plus quam centum aureos habendo liberi tres relinquerent liberos. si vero plures abesse jubebantur Patroni. Quarto tandem: Imperatoris liberi succedebant in eadem bona si liberti bonorum infra centum

decederent, si vero intestati et absq liberis Patroni succedebant, sed et haec jam ex sequentibus examine

Titulus IX
De Assignatione Libertorum

Exceptio hic affertur, quod ex pluribus liberis ejusdem gradus Patroni ad quos bona libertorum spectare videntur, Pater possit uni sive gradus aut alterius gradus missis aliis assignare libertum, libertus qui exclusis aliis solus patronus sit et in bona liberti jus habeat. Si vero assignatus inter alios decesserit sine liberis, jus patronatus redibit ad liberos prioris patris quibus ante debebatur cum moriebatur. Assignare vero libertum est testificari cuius ex liberis eum libertum esse velit, id est jus patronatus, quod alioqui pluribus competeret, uni peculiariter attribuere

Titulus X
De bonorum possessionibus

Bonorum possessio est jus persequendi retinendique patrimonii aut rei quae cujusque fuit in morte, est alius modus acquisitionis dominii, post hereditatem per universitatem quae recensita fuit. Bonorum itaque possessio nihil aliud est quam hereditas in effectu nam omnia commoda et incommoda hereditaria in se habet: differunt vero quod hereditas est successio a iure civili, bonorum possessio a jurisdictione Praetoris introducta usque ad emendandum Jus civile, et ad admittendos liberos emancipatos, cognatos postumos ad bon

Bonorum appellatio n hic capitur de edicto praetoris
ut alias semper, sed extendit omnia commoda et
incommoda hereditaria dominiumque rerum quae
in his bonis sunt et actionum. Possessio autem
hic intelligitur non nuda rei detentio sed jus et
habile dominium rerum quae in hereditate sunt.
Bonorum possessio alia est vera id est rerum cor-
poralium, alia quasi possessio rerum incorporalium
Item est aut realis quae fit aut cum affectione
animi rerum habendarum aut citra ullam affectionem
et per eam tantum intentio est accipere habere a ...
vanus. Aut est civilis quae consistit in jure cum
affectione dominii quamvis hic et nunc non possidet dum
modo habeat jus. Item est aut ordi-
naria quae partim secundum aut contra tabulas partim
ab intestato datur atque quae ex ipso edicto praetoris
datur sine ulla cognitione, aut alia extraordinaria
quae nulla certa edicti parte sed ad testamentum
vel ad causam intestati adjunguntur aut ex novis
legibus sed quoque res incidit extra ordinem datur.
Ordinariae bonorum possessionis species sunt tres duae
ex testamento quinque ab intestato.
Ex testamento prima bonorum possessionis species datur
contra tabulas liberis emancipatis in testamento patris
praeteritis non vero institutis et sine exheredatione.
Venit haec bonorum possessio contra tabulas etiam
iis qui post testamentum legitimati sunt quia

legitima legitimatis debeta et hac bonorum possessione contra tabulas petita rescinditur totum testamentum et distributiones, legata, libertates et fideicommissa omnia corruunt sicuti in querela inofficiosi, hodie tamen evacuato quacunque ex causa praeteritionis testamento legata omnia deberi vult et 26. int. de lib. et post.
2a species bonorum possessionis ordinaria ex testamento est secundum tabulas, per tabulas hic intelligentur supremae liceris certe tamen non notis, id est voluntatem testatoris in testamento expressam quae datur heredibus in testamento indicatis et substitutis, etiam substitutis pupillariter, cuide ...

145

bonorum possessio quae datur secundum tabulas per eam non datur ei jus et dominium hereditatis sed tamen possessio ita ut ei cedat ... pleno jure dominium habeat, si deficiat tercerum ... veniens ab intestato, ... etiam ... alicui heredes instituti qui de jure civili admitti non poterant de jure praetorio admittantur ad bonorum possessionem.
Ab intestato ordinariae possessionis species prima est Unde liberi quae omnibus liberis emancipatis tam primi ... gradus ut ab intestato patri succedere possint quae perveniunt non poterant, ... autem liberorum causa est etiam vivo patre paternorum verum domini fiunt Instit. 4. obs. 25. ubi consuetudine v. statuto legitima ... privari nequeant Gail. 2 observ. 12.
2a est Unde legitimi quae datur ... secundum agnatis proximioribus id est a patre cognatorum et qui ... hereditate ...

5ta Unde cognati qua nullis existentibus descendentibus et agnatis datur cognatis proximioribus id est foeminarum conjunctis quam agnationem etiam adoptio efficit.
6ta est Unde vir et uxor, per quam deficientibus sanguinei agnatis et cognatis jure ad successionem invicem vocabantur et extra.
Extraordinaria bonorum possessionis quae sunt quatuor
1ma est ut ex legibus quoties quoniam aliqua constitutione bonorum possessio defertur alicui non nominatim sed generatim qui non attingat defunctum ex aliquo defuncto, heres est neque est eius filius nec agnatus nec vir nec alio modo jure civili vocatus.
2da Carboniana ab authore Gneo Carbone dictore dicta et introducta, datur autem filio impuberi cui status quaestio movetur (id est an filius legitimus sit) dilata status judicio in tempus pubertatis cum cautione de restituendis bonis possessionis, si filius non sit exposita tamen cautione fidejussoria de restituendis bonis hereditariis si apparuerit cum non esse filium.
3tia ventris nomine quae datur gravidae uxori, qua vide- fancti mariti bonorum possessionem nullius bene emisa sit ... eam nec spoliandam.
4ta Litigiosa causa pure ex hereditate petens qua nullis in medium bonorum defuncti possessione concepit ... se illegitime et injuste exhereditatum
Modus petendae possessionis bonorum qualiscunque etiam fieri apud quemcunque judicem similiter in civilibus:

quaecunque

quaeunque animi et voluntatis judicatione fit aditio hereditatis; hoc tamen stesso agnoscentis possessionem intra legitimum tempus faciendum est quod in liberis et 146 parentibus annum, in reliquis agnatis et cognatis centum est dierum, eo tempore elapso jus petitionis deperit, neque quicquam ignorantia juris excusat; habent tamen excusationem quaedam personae quibus tempora non cedunt, cujusmodi sunt furiosi, infantes etiam horum tutores vel curatores petere potuerint, quod eam habet rationem, quia spacium illud scientibus non ignorantibus praefinitum est, surdi autem neque furiosi neque infantes censentur: muti, surdi, caeci, dummodo quid agatur intelligant nihil causae est, quare jure communi uti non debeant Wesenb. lib. 37. tit. 3. mem. 2

Titulus XI

De Acquisitione per Arrogationem

Ultimus modus acquirendi rerum dominia titulo universali est per arrogationem ejus qui est sui juris, quam arrogans ipsum et bona succedit arrogati et olim etiam omnes ejus liberi una cum immobilibus et mobilibus bonis ad arrogantem veniebant. Hodie autem arrogans tantum usumfructum habet in bonis adventitiis arrogati ut pater naturalis: et si arrogatus moriatur impubes proximi ejus succedunt in bona illa, et si jam pater non relictis ascendentibus et descendentibus succedit ipse arrogator. Hoc tenet autem ipso jure licet nunc filiis suis de gestis per arrogatum ante arrogationem, et si eundem non defendit

permittit creditoribus bona arripere et ex iis actiones prosequi. Titulus XII

De eo cui libertatis causa bona addicuntur

Quartus acquirendi per universitatem modus est qui intercedit cum hi qui proponuntur sunt et addictio bonorum quis autem fuerit eadem re nihilominus habentes dominium bonorum defuncti, qui solvendo non erat, transferre in eum qui caveret se debita soluturum. Introducta est Imperatore ne ignominia etiam debitoris bona debitoris distraherentur, sed ut ei ignominiae huius qui addicta sunt, tum ut libertates a servis relictae servarentur.

Titulus XIII

De successionibus sublatis per bonorum venditionem et ex senatusconsulto Claudiano

Erant adhuc duo modi acquirendi rerum dominia per universitatem, primus per venditionem bonorum, si debitor post sumptam actionem illi fuerint actio de debito se absconderit creditoribus tamen modo succedebat in omnibus conditionibus. Dehinc iterum Imp. per quantitate solummodo debitorum admittit creditorem in bona debitoris, quod et hodie ius regni nostri ubi actor intromittitur in bona actoris debitoris solummodo ex officio certi bonorum possessio creditori decernitur.

Alter ex senatusconsulto Claudiano quod mulier libera esse immiscebat servis alterius domini et ter monita per iudicem non abstinebat, addicebatur cum bonis suis servitus. Imp. hoc sustulit sub ulla domina animadversione saepe servitutis

Titulus XIV
De obligationibus

Absolutis duobus juris objectis sequitur de tertio generi nimirum de actionibus, atque ex obligationibus omnes actiones nascuntur. Ideo

pignoris, aut servitutis nulla intercedente obligatione
personali et tales sunt . Actio rei vindicatio pro rebus
corporalibus data, quorum una ab altero possessore petimus

et tres sunt directa ut dni petaing. e extra directum et ex utilibus ut usufructuarius. 2da actio fuit in rem prorsus incorporalis petens et in re v negativa competens contra illum qui vobis aliquam servitutem inferre tentat negando necessitare debere hanc servitutem. v confessoria petens alicui ratione juris servitutis, quod nobis a ipsi impedire conatur.

2do divisio actionum desumpta a causa effite est bipartita: nam aliæ sunt civiles aliæ prætoriæ. Actiones civiles quæ ex aliqua juris civilis parte sunt introductæ uti ex l. 12. tabul. Plebiscito. Prætoriæ quæ a prætore et hæ v in re, ut publiciana, rescissoria, revocatoria, aut in personam ut actio de peculio. aut generales etc. in rem Prætoriana. Prima publiciana qua petimus id, quod nobis ex justa causa seu titulo a non domino bona fide traditum non est usucaptum: restitui competit tamen his qui nobis, adhuc non omnino traditio rei sit. 2da est rescissoria contra Publicianam qua agitur ut usucapione peter absentiam ex justa causa ad rem a possessore usucaptam. quatenus fuisset usucapta, recuperandum 3tia est revocatoria contra Pauliana qua agit Creditor ad revocandas res a possessore quæ alienatæ sunt per debitorem in fraudem Creditoris non aliter ac si nunquam ab eo essent alienatæ sed semper in debitoris bonis mansissent 4ta actionis Prætorianæ in rem est Servi an

sive hypothecaria qua creditor agit ad hoc ut eam rem retinere vel alienare possit si a debitore non fuit redempta, competitque ad petendum res pro debito obligatas datibusque cuilibet creditori cui bona sui debitoris sunt obligata deinde heredibus ejus.

Actionum Praetoriarum personalium prima est de constituta pecunia, qua agitur contra eum qui constituit seu promisit se soluturum id quod prius ipse aut alius ex mutuo pacto debebat alicui, 2da actionum praetoriarum personalis est de peculio qua petimus a patre vel filiifamilias vivente, vel servo contracto nobis obligato quatenus in peculio est solvat, et si servus vel filiusfam. per patrimonium aliquid pecuniae augemur. 3tia actio personalis praetoria est in factum ex jurato posita qua agit is qui deferente ad altera parte juramento in continenti juravit aliquid sibi deberi. Verum convenerit res suas possidere ad praestandum id super quo juravit, quod aliud juramentum praestari solet contra formam contractus cum expressione causae.

Actionum Praetoriarum poenalis prima est de albo corrupto qua agitur adversus eum qui id quod in albo praetorio jurisdictionis perpetuae causa est propositum se vel per alium corrumpit sine induxit, id est contra eum dolose corrumpentem, removentem, maculantem ex edicto praetoris idque semper ad poenam quingentorum aureorum. 2da actio poenalis de in jus vocando est qua agitur contra eum qui sine venia vocat in jus parentes vel patronos qui vocari non de...

3tia actio poenalis de in jus vocato vi exempto qua agitur cum eo qui vocatum in jus vi exemerit, aut dolo exemi curavit, ut quanti ea res ab actore eostimas damnetur.

3tia actionum divisio desumpta a fine est, quod quaedam sunt rei persecutoriae quibus agimus pro quae nobis abest et reo abest, qualis est in rei vindicatione, publiciana etc. Quaedam poenae persecutoriae qualis est furti ciusque infra in tit. de furtis. Quaedam rei et poenae persecutoria simul qualis actio vi bonorum raptorum per quam petitur ab eo qui rem violenter eripuit intra annum quadruplum, post annum simplum cum re. datur haec actio etiam qui dolo malo aut vi adjutorium ad privandum re mobili rapta contra raptorem, qui intendit et de damnum, ut ut ... 2da actio legis aquiliae de qua etiam infra in tit. Aquilia 3tia actio ex testamento venerabilibus locis relicto competens ad petendum relicta &c.

Quaedam actiones sunt mixtae, in quibus uterque litigantium actor et reus esse potest et in quibus non solum res sed etiam personales praestationes deducuntur quam variae actio familiae herciscundae ad dividendam hereditatem et praestandum alteri id quod alter id debet 2da est communi dividundo qua agitur ad rem

particularem inter aliquos communem officio Judicis dividendam, sive cares sit legato huic donata. 3tio actio finium regundorum ut finibus certis limitibus determinentur dantur domino aliquorum fundorum, ad positionem tam novorum quam veterum reparationem. Jure regni officium hoc est Camerarii qui est Judex singularis in unoquoque districtu terrarum dislimitandorum 168

Ita actionum divisio a quantitate, Ita alia in simplum qualis ex contractibus bonae fidei v. g. emptione venditione. Alia in duplum ut furti non manifesti, actio l. Aq. actio ex legatis venerabilibus locis relictis, Item actio servi corrupti filiifam. corrupti actio utilis competit. officio Judicis aestimanda. In qua actione earum etiam rerum quas fugiendo servus abstulerit aestimatio deducitur. Aliae actiones dantur in triplum qualis ex l. Condictitia quae datur contra eum qui majorem summam petit quam debet Creditori ut reum majori summa sportularum oneraret. Per sportulas intelliguntur oblationes illae quae executoribus dari solent olim juxta quantitatem summae in libello positae quae tamen ut juxta consuetudinem et longitudinem viae dantur: si tamen quis plus petat quam pro executione sua ordinatum est, punitur in triplo expensarum. Aliae actiones in quadruplum ut furti manifesti quod metus causa, qui dedit metus ad ostendendum aliquid vel in sedantem virum. 3a actio in factum de calumnia

a qua agit contra eum qui pecuniam accepit ut calumniosiore Judicio aliqui vexaret, competit ei cui negotium struitur.

Sexta divisio actionum desumpta a forma, quales aliae sunt bonae fidei, quae naturalem aequitatem magis spectant quam certas actiones formales, etiamsi inter partes contrahentes nihil de illis fuerit actum. Et tales sunt ex empti, locato, conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, pro socio, tutelae commodati, pignoratitia, familiae erciscundae, communi dividundo, et reliquae ex contractibus descendentes addit ad illos actio ex stipulatu pro dote formalis quae datur contra stipulantem pro dote promissa constante matrimonio vel etiam repetenda. Aliae actiones sunt stricti Juris quae rigorem potius Juris quam aequitatem respiciunt, de quibus nihil hoc loci ab Imperatore tractatur; sed sunt aliae actiones supra enumeratas. Adiungit his actiones arbitrariae quae dependent ex arbitrio Judicis: haec est ex interlocutoria nisi reus satisfaciat actori condemnetur. Prima est de eo quod certo loco dari oportet competens adversus illum qui obligans se soluturum certo loco non satisfecit promissioni et sic in mora solvendi est constitutus ad id quod actoris interest Judicis arbitrio condemnatur cui et ad quod... 2da de exhibendo et arbitraria formalis in rem

scriptam praeparatoria aliarum actionum realium competens ei cujus peculiariter interest: exhiberi sibi rem contra possidentem naturaliter et civiliter simul vel naturaliter aut civiliter vel idque ad exhibendum rem, quam quis repetere vult.

Ita quasi divisio actionum respiciens libellum conventionalem quem actor contra reum proponit est quod actoris petitio sit aut rei certae, aut incertae, si est rei certae vel petit ipsum quod sibi debetur vel plus vel minus, vel aliquid aliud, de petitione rei incertae.

Ultima divisio actionum a modo condemnationis quod aliae sint in solidum de quibus totum id consequendum quod nobis debitum putamus et hoc regulariter in omnibus actionum speciebus manifestum.

Titulus VII

Quod cum eo qui in aliena potestate est negotium ~~negotium~~ gestum esse dicatur

Tractantur hic actiones ex contractibus eorum qui in nostra potestate sunt, ut filii, servi, institores etc.

Prima actio est quod jussu, personalis rei persecutoria qua dominus vel pater vel quilibet horum heredes ex obligatione quam eorum jussu filius fam. vel servus contraxerit conveniuntur, ut quod ex contractu eorum debetur solvatur datur omnibus qui cum servo filiove contraxerint et heredibus contra dominum vel patrem jubentem et si plures sunt jubentes agi potest contra quemvis in solidum.

2da actio est exercitoria habetque locum cum quis

servum suum magistrum navi praeposuerint, atque cum eo ejus rei gratia cui praepositus erat, contractum fuerit, competitque omnibus illis qui contraxerint cum magistro quinimo siue ex pluribus cum magistro navis contraxerit, idque ad singulos in solidum ex tali contractu secundum rudam partis formam debet.

Sta actio institoria qua quis obligatus est ex contractu institoris sui quem taberna aut alicui alteri negotiationi praefecit: datur omnibus utriusque sexus et haeredes contra omnes qui institutorem instituerunt ad singulos id quod ex tali contractu debetur.

8to actio tributoria est personalis qua petimus ut merces peculiares ejus inter creditores dominus dividat, vel si jam ipse diuisit, ejus distributionis iniquitas corrigatur. Datur creditori mercis peculiaris in negotium, mercium peculiaris servo vel filio alicujus credenti contra dominum parentem scientem patientem filium aut servum in ea merce peculiari majorem sibi debiti partem deducere ut minus caeteris tribueretur.

Sta actionis de peculio mentio non fuit facta.

Sta actio est personalis de in rem verso qua ex eo quod cum filio servoque actum est agitur contra dominum patrem ut eatenus agenti praestet quatenus

in eorum rem versum est. Datur omnibus qui cum filio vel servo contraxerunt, verumque heredes in quantum utilitatem res est versa. Titulus VIII

De noxalibus actionibus

Noxales actiones dicuntur quibus agitur contra dominum ex privatis maleficiis oriundam, in quibus est domini vel aestimationem solvere vel servum pro noxa extradere quo casu is erit domini servi qui noxam passus est si servus damnum fecerit noxa passus dimittere eum debebit, si servus qui noxam dedit manumissus sit, a domino datur ~~in~~ eius actio sed actio noxalis cessat, dabatur quidem ante et abusivo etiam hoc actio filiis servis sed Apud hodie ad solos servos extenditur, sed apud nos una cum servis aboleta. Titulus IX

Si Quadrupes pauperiem fecisse dicatur

Inter alias postrema ~~c~~ actio ex damno per animalia nobis dato dicitur noxalis de pauperie agitur autem adversus eum cuius animal damnum dedit vel aut litis aestimationem praestat aut ipsum quadrupedem noxae dare cogitur Estque haec lex directa ex verbis legis cum animal contra naturam consuetudinem damnum dedit 1 utilis ex mente legis si aliud

ual v. g. cum is ab alio incitatus nocuit alicui
Jaz cuilibet damno passo n tm ipsi domino
sed et alijs interesse habentibus etiam tenditur
ceterisque successoribus ut. bon. poss. contra dnum vero et alios
non cuique fuit cum noceret. De cujus mente est
damnum etiam plurium fuerit contra singulos etiam
contra successores cujus in eo quo dni sunt ut aut
noxa tcartiaz aut quaecunque res noxa dedatur
si vero dno fugerit n tenebitur: hodie tamen damni
tale estimatur Judicis arbitrio.

Titulus X

De his per quos agere possumus

Absolutis actionibus sequitur dicendum de his per quos eas
exercere possumus, et licet olim ex licuit alieno
nne agere hodie tamen bene dummodo civi=
liter agitur ut sunt procuratores qui gratuito
rem alterius procurant, dico gratuito quia pactio
de mercede locatio potius est quam procuratio: ~~et~~ qui
emolumentum certum pacti et lite non possint pacisci
salarium tamen pro remuneratione laboris bene
accipiunt, quibuscunque verbis et sive ignoris
etiam absentibus et ignorantibus modo constituant

A ratio habeant integr. restitutionem? prohibiti sunt prohibitione
minor 25 annis. 2do mulieres nisi in certis casibus et hae
non pro parentibus amicis regis ob defensionem alienam.
3tio miles in rebus castrensibus bene tamen in rebus suorum
4to rei criminis laesae Majestatis. 5to mutus surdus furiosus
infamis. 6to clerici coram judice saeculari, religiosi
sufficit aliquod generale ad agendum habere mandatum.
7mo agentes de interdictis, in causa appellationis
tutores. Ex Jure Regni in inscriptionibus nunc
principalium faciendis, antiquis quietandis
pecuniis solvendis non sunt compromissarii.

Titulus XI

De Satisdationibus

Citra satisdationem nemo est alienam litem defendere
Satisdatio est cautio qua adversarium nostrum
securum reddimus de eo quod in judicio dicimus
Satisdationem olim faciebant litigantes de judicio
sisti et rem ratam habere, et judicatum solvi.
Hodie autem satisdatio vel est juratoria quam praestant
qui nulla bona in bonis suis possident, neque fide-
jussores invenire possunt. Vel fidejussoria quam
praestant nulla habentes immobilia aliud sufficiens

satisdant v. tri privatis qui agunt sunt pro ... natores sed et quicunque veluti actor est. Leg et alij in ordinarijs causis civilibus imo et in criminalibus. In capitalibus v. etiamsi bona immobilia vel mille testes offerant sed nocentes carceribus asservandis

Jus de jure civili satisdatio ad 30 aureos. de f. Lex ad versus 24 talis solv. nisi aliter cum supplicant. In criminalibus utroque jure p. circumstanti(as) personarum delictorum quantitas torquet. Julian homicidij rei seniores relaxant carceribus satisdatione ad 100-200 300 . nobiliores ad 1000 2000, 3000. d. quam satisdationem verbo offerre non sufficit sed reiter ... debet, idque semel nisi detinat esse suspiciens

Titulus XII

De Perpetuis et temporalibus actionibus

Quanto durent tempore actiones hic agendum. Actiones omnes civiles erant perpetuae. Pona. ... sumptis et maxime annuae. Hodie vero certas ... nant tri, sunt tri nihilominus alijs ... 20. 30, 40 et ultra annorum; aliquo temporales ut 6-

mentis, unius anni, bienny, trienny spatio cir-
cumscriptis sub reales de re mobili. de rebus
immobilibus 10 annorum, inter praesentes. inter absentes
20 dum possessor habeat titulum, si non 30 annorum.
Personales exurrente sunt 30 annorum. 40
annorum. actiones Ecclesiam concernentes 40 annorum
Actiones ad Principem vel civitatem spectantes
immemorabili tempore terminantur. Actiones
criminales 20 annorum spatio, actiones in-
iuriarum verbalium paulianae uno anno. Actio
de dolo malo biennio. Querela de inofficioso testamento
donatione dote quinquennio terminantur.
Quaedam actiones sunt quae transeunt heredibus et in
heredes ut sunt omnes reales quae ex dominio vel
quasi dominio sunt et personales quae ex contractu
vel quasi oriuntur. Aliae sunt quae non transeant
in heredes praesertim passivae ut sunt omnes
poenales quae ex delicto vel quasi emanant et
enim heredes actoris. Ab nostro malefacere
praeter ipsius delictum venire possunt et tu
venire. Nisi lis cum principali delinquente
contestata fuerit, ostensa vel ex tali delicto heredes
ditiores effecti sunt. In criminali actione morte
interveniente rei extinguitur crimen et poena usque ex lege
excepto crimine laesae maiestatis, repetundarum, haereseos, peculatus

Titulus XIII
De exceptionibus

Tractato de armis actoris dicendum venit de armis Reorum, quae arma realiter sunt exceptiones, saepe enim contingit quod actor habeat justam actionem et rei eam injuste excedunt. Exceptio est intentionis actoris exclusio. Estque vel facti quae actoris nullo jure agentis actionem excludit, vel juris quae actoris intentionem ex jure competentem excludit. Hae rursus aut sunt dilatoriae seu temporales quae non perimunt remedium quo agitur sed tantum ad tempus actori nocent, quae deinde vel sunt dilatoriae judicii vel dilatoriae causae vel actoris vel procuratoris. Aut peremptoriae seu perpetuae hae perimunt negotium principale et semper obstant agenti postquam probatae fuerint. Exceptiones declinantes jurisdictionem judicis sunt vel ratione personae, vel ratione rei, vel causae ob defectum in illo existentem seu impedimenta. hae rursus sunt tria natura, lex et mos. natura prohibentur surdus, mutus, furiosus, perpetuo impubes. lex infamis, irregularis, excommunicatus, hereticus. mos mulier ad actionem postulandi cum. Ubi [illegible]

Titulus XIV

De Replicationibus

De inutilibus et cavillatorijs exceptionibus veritas rei cavillet, adinventa sunt replicationes ad omnes exceptiones rei excludendas, sunt enim saepe fit ut licet praetextum qua experiri alter jubetur, tradi eum unquam agi injqua ita plerumque evenit ut exceptio rei proxime facie justa videtur iniqua noceat actori cuius jurandi gratia datur replicatio, et denuo replicatio, triplicatio, quadruplicatio et non ultra, et plerumque sunt plures exceptionum apparere evenienti exsistunt plures replicationes. Titulus XV

De Interdictis hoc loci

Actum est de judicijs petitorijs et de dominio vel quasi alicuius rei agitur. Agendum venit de possessorijs sive de possessione et interdictis agendum. Interdicta autem sunt conceptu verborum quibus Praetor jubebat aut vetabat aliquid fieri tunc vel maxime cum de possessione aut quasi inter aliquos contendebatur: quorum expromendorum antiquis sublatis formulis hodie actiones in factum dantur. Interdicta dividuntur primo ab effectu quod alia sunt prohibitoria alia restitutoria alia exhibitoria. Interdicta

prohibitorium sit nempe ne vis fiat ei, qui in bonorum possessionem debitoris jussu judicis missus est, datur autem qui ex primo judicis decreto ob damnum infectum vel ex possessionem bonorum servandorum causa custodiendi mittitur, donec res comparuit, itaque adversus eum qui actorem in possessionem venire prohibuit vel etiam eundem per se vel per alium ejecit. 2do. Species interdicti prohibitoris de mortuo inferendo quo praecipit judex ne vim fieri vetat ei qui mortuum infert vel sepulchrum extruit, eo loco in quo inferendi vel aedificandi jus habet, cui datur tractatio majestatis, id est qui talia facere prohibet. 3tio ne quid fiat in loco sacro, est quo prohibetur ne quid deformitatis praestetur in loco sacro; item structuras qui in portis et muris civitatis sine assensu principis vel civitatis aliquid extruere tentavit. 4to ne quid in flumine publico fiat h. e. ne status iterque navigii deterius fiat. 2do est Interdictum exhibitorium quod rem exhiberi mandat et est 1mo de libero homine exhibendo datur adversus eum qui hominem liberum dolo malo detinet. 2do de libertis exhibendis ratione juris patronatus patrono competens adversus eum qui libertum vel libertam aut aliam similem personam in qua jus reale habet dolo malo detinet. 3o de ducendis et exhibendis adversus eum qui praemisit ex causa filium vel uxorem alterius dolo malo apud se detinet

ut eius carnae habita maioriti exhibeat et de eius edendi quo velit facultatem faciat. 173

2do dividitur interdictum in adipiscendae possessionis: et est hoc interdictum per quod possessionem earum quas antea nunquam habuimus [illegible] competens ei qui de jure [illegible] tam bonorum possessor est [illegible] interposito pro bonorum possessore possidet bona nullo jure habito ad eadem vel certe dolo malo desiit possidere in fraudem heredis idque ad adipiscendam bonorum hereditariorum possessionem. 2do quod legatorum ad refrenandam immoderatam legatoriorum cupiditatem introducta incompetens heredi aut bonorum possessori adversus legatarios quisquam authoritate ante aditam hereditatem ab herede occupaverunt legata idque ad restituenda eadem, ita ut praestita cautione de restituendis iisdem here s falcidiam detrahere possit. 3tio est interdictum Salvianum ad occurrendam fraudi colonorum et inquilinorum introductum cuique jumentis fructa de [illegible]

Et 3 in interdicto retinendae possessionis quo agimus ut nostram retineamus possessionem. Et duas habet species prima est interdictum uti possidetis et intervenit cum de rei possessione est controversia utrius qui litis contestatae tempore sine vitio possidet

retineat possessionem alterique parti qualiterus in possess. ...
amplius turbet, dat possessori adhaerentem eundem
adipiscendi est interdictum utrubi. Eidem cum superiori
aliquid habet, dat adversus turbatorem possessionis in rebus
mobilibus, illud in rebus immobilibus.
Est denique divisio interdicti in interdictum recupe-
randae possessionis, quo repetimus possessionem earum
rerum quae aliquando penes nos fuerunt sed per vio-
lentiam nobis sunt ereptae. Datur unde vi competit
ei qui manu violenta dejectus est a possessione
soli seu fundi ad hoc ut etiam resipsa qua interceperat
fructusque et damnum expulso restituat.

Titulus XVI
De poena temere litigantium

Actum jam de cautionibus ut autem coerceantur et
minuantur calumniae et protelationes litigantium
agendum de poena temere litigantium, quae triplex
ponitur scilicet juramentum calumniae, poena pecuniaria et
infamia. Unde
Jurata calumnia est falsi criminis alicui intentata
vel per meras tergiversationes causae
dilatio et inde introductum juramentum calumniae
vitandae praestandum ab utraque parte litigantium.
Et utrum quidem quod credat se justam causam

mou

monisse citato a reo cuento non tqp bicentes defecit. 2do uterq; jurabit quod interrogatus per Judicem vel partem de caa veritatem n. celabit. 3tio quod Judici nihil dedit v. pmisit pro obtinenda caa nisi illis personis qbq; licitis. 4to uterq; jurabit quod falsis pbaonibq; n. utetr. 5to quod dilaones in prosecuone caa n. petet. Quod si actor sine sententia nihil juramentum calumniæ exactum pstare cadit a caa. Citatus vero pro confesso et convicto habetur.

2da pæna in temere litigantes constituta est pecuniaria, et adq; fraudulenter inficiantes et tergiversantes in Judiciis crevit in duplum adversus temere litigantes pæna tripli. Romani vero decimam partem litis ab actore succumbente exegerunt, communis tn est condemnao ac pstao damni et expensarum.

3tia pæna est infamia ex condemnaone caa gravioris et pecuniaria et est v. juris ex decreto Judicis vel facti cum opinio est tm apud probos viros ut nequis amplius suspectus a tutela removeatur. Etsi tn ille temere litiget qui malefide in Judicio litigat, id est ille qui irreverenter aliq; mir Judici vocat

Titulus XVII
De officio Judicis

Cum actiones coram judice proponantur, exhibitis ipsis actionibus de jure dicendum. Judicis autem officium est cavere tam publice quam privatim in dirimendis litibus, videndis examinibus et in ferenda ipsa sententia. Est itaque duplex Nobile quod motu proprio vel etiam parte petente juxta mandantis mentem subvenit parti veluti cum institueret inquisitionem de crimine cujus nemo accusat sed tantum publica fama extat. Mercenarium quod actioni inservit; illud decernit in cognita de causa, sive disputat, sive exhibeat, sive interloquatur in pronunciando de eadem causa quae peracto dicitur officio nec finitur.

Judex ut legis minister debet judicare quando legibus aut actionibus, moribus prospiciendum est, et si inter se dicerent, tertius si novissimus jus sequitur et sic in morali actione tenetur reum condemnare ut de nova satisfaciat.

Titulus XVIII
De Publicis Judiciis

Post judicia privata sequuntur publica crimina publicam requirentia animadversionem quae aut sunt ordinaria quorum poenam expressam in jure habent qualia sunt crimen laesae Majestatis, adulterium, homicidium etc. aut sunt extraordinaria de quibus jure nihil speciale proditum est, qualia sunt incendium, concussio, praevaricatio, crimen stellionatus etc. Tum deinde aut sunt capitalia quibus infligitur mors vel naturalis ut ultimum supplicium vel civilis ut deportatio etiam non capitalia quibus irrogatur infamia vel poena pecuniaria vel mulcta corporis aestimatio.

Primum crimen est laesae Majestatis id est commissum in majestatem publicam id est regis et illorum qui aliqua reip. dignitate funguntur jure regni inprimis tum regis. Poena ejus jure romani poena gladii et confiscatio bonorum. Jure regni poena infamiae et proscriptionis cum publicatione bonorum et in prole privatio successionis et omnis in reip. dignitatibus. Huic simile est crimen perduellionis cum aliquis in rempublicam delinquit ut conspirationes, seditiones excitat, arcana reip. pro-

2dum crimen est adulterium quod praeter alienis thori violationem requirat, dispositio iure civili in nuptam commissum extenditur etiam in sponsam de Jure can. etiam in solutam a coniugato. Poena huius criminis de Jure positivi: poena gladii. Jure canonico detrusio in monasterium. Observat, iure civili permissum sit marito etiam et patri deprehendenti adulterum cum uxore vel filia occidere certis casibus impune quod et iure regni structum ine receptum, de Jure can. nullatenus permittitur.

3tium crimen est stuprum est illicita defloratio virginum. Poena eius de Jure civili in personis et honestis commissa citra vim republicano dimidiae partis bonorum. In humilibus verbis corporis cum relegatione. Commissi per vim sive verè sive interpretativè poena capitis.

4tum homicidium a natura prae abominabile pro varietate sua variis poenis afficitur et voluntarium in liberis hominibus punitur degradatione cum amissione omnium bonorum, in aliis ultimo supplicio. de Jure regni cessione in fundo terris unius anni et 6 septim

si fuerit capitale vel merè poenale publicum
5tus crimen parricidii, in parentes et cognatos
commissum vel consanguineos. Poena ejus de jure civili
est insutio in culeum et projectio in flumen vel mari
commendatio.
6tus crimen falsi idque vel dicto, ut in teste falsum
testimonium dicente; vel facto, aut falsam monetam
cudente e metallo proprio modo falsificante
vel scripto ut inscribente falsa instrumenta, vel
usu ut falsis literis utente. Poena ejus de jure civili
in servis ultimum supplicium, in liberis deportatio.
7mus crimen vis publicae contra jus fasque illata
personis publicis cum armis. Poena hujus
criminis hodie deportatio et capitale supplicium
si aliqua inde caedes secuta
8vus crimen raptus commissum per abductionem puellae
violentam ad corrumpendum eam; poena capitis supplicium
cum ademptione bonorum, addicendorum raptae
9nus crimen peculatus dum quis pecuniam
publicam intervertit et sibi usurpat; et est
poena ultimi supplicii
10mus crimen plagii est suppressio hominis vel
servi alieni scienter cujus poena est poena gladii

Unus ambitus est inordinata honoris et digni=
tatis publicanis impetratio ab his qui sua
virtute non confidunt clam pro ottinendo
honore pecuniam dant, cujus poena priva=
tio honoris et dignitatis.
Secundus crimen de repetundis pecuniis quas aliquis
in administrationem magistratus accepit unde
accipere non debuit. Ejus poena civilis restitu=
tio quadrupli accepti. et criminalis exilium et deportatio.
Tertium crimen annonae cum rerum ad victus pertinen=
tium caritatis v pecuniam frequenti coemptione
et suspensione ad annum stellionatus
poena introduceret et infamia sarcitat. Ejus
Ultimus de residuis quando ex administratione re=
gotii publici cognitum aliquid superest ad virum
et recipiens ea revertit in usus proprios unde et
punitur restitutione simpli et tertia parte ejus
quod recepit. Et hoc breviter et compendiose
complexa cedant ad M. D. G. et B. V. M. I. L. C. honor

Compendiolum Institutionum Juris Civilis

Et libro Imo

A Justitia oritur jus. titulo 1.
Et jus est vel naturale vel gentium vel civile pertinens ad res personas et actiones. tit. 2.
Personæ vel sunt in libertate vel in servitute. tit. 3.
In libertate sunt ingenui. tit. 4.
Et libertini. tit. 5.
Qui ex quibus causis non possunt fieri tit. 6.
Sed possunt fieri contra l. Futiam Caniniam tit. 7.
Præterea personæ vel sunt sui juris vel alieni ut alieni juris sunt qui sunt in potestate dominorum. tit. 8.
Et in potestate parentum. tit. 9.
Et in potestate parentum sunt liberi ex justis nuptiis procreati: justas autem nuptias contrahunt masculi inter se puberes et fœminæ viripotentes ex transverso ultra 4. gradum. tit. 10
Et in potestate parentum sunt et liberi adoptivi tit.
Quæ patria potestas tollitur quibus modis tit. 12.
Personæ autem quæ sunt sui juris quædam vel in tutela sunt, vel in curatione, quædam neutro jure tenentur tit. 13.

Tutela autem una testamento datur tit. 14.
Altera est legitima agnatorum. tit. 15.
Qui desinunt esse agnati capitis dimin. tit. 16
Et legitima Patronorum tit. 17.
Et legitima Parentum. tit. 18
Et Fiduciaria tit. 19.
Tutela ex l. Attilia et ex aliis legibus data tit. tit. 20
Authoritas Tutorum in quibus casibus est necessaria in quibus non est necessaria tit. 21.
Qui desinunt esse tutores multis modis. tit. 22.
Curatores vero dantur a magistratu vel sunt legitimi furiosorumque prodigorumque tit. 23.
Et Curatores et tutores tenentur satisdare nisi sint dati testamento vel ex inquisitione tit. 24.
Et quando excusantur tit. 25.
Quandoque ut suspecti removentur. tit. 26.

Ex libro 2do

Res sunt aut in patrimonio aut extra patrimonium et sunt partim publicæ, et partim Universitatis, partim nullius, partim singulorum, et fiunt singulorum aut jure singulari et quidem tune singularis primum.

Et

et de jure gentium multis modis. Tit. 1.
Et res corporales et incorporales tit. 2.
Et servitutes praediorum tit. 3.
Et ususfructus tit. 4.
Et usus et habitatio tit. 5.
Deinde Jure civili per usucapionem et longi temporis praescriptionem tit. 6
Per donationem tit. 7.
Cum illi qui alienare possunt rem dedunt tit. 8.
Non solum per nos ipsos sed etiam per alienas personas tit.
Sic jure universali primo loco de jure civili constituti tit. 10
Cujus diligens observatio militibus est remissa. tit. 11
Et aliquibus facere non est permissum tit. 12
In quo quandoque liberi exheredantur tit. 13.
In quo est necessaria heredis institutio. tit. 14
In quo quandoque fit substitutio vulgaris. tit. 15.
Quandoque pupillaris tit. 16.
Quod multis modis infirmetur. tit. 17.
Et aliquando videtur inofficiosum tit. 18
In quo etiam fiunt legata tit. 19
Quae quandoque adimuntur et transferuntur tit. 20
Et minuuntur per l. Falcidiam tit. 21
Et in quo relinquuntur hereditates per fideicommissum tit. 2

Et etiam singulares tit. 24

Quod fideicommissa valent etiam in codicillis tit. 25

Ex libro 3tio

Et de jure civili ab intestato dominia haereditatem efferuntur tit. 1.

Et per legitimam agnatorum successionem. tit. 2.

Et per SC. Tertyl. tit. 3.

Et per S. C. Orphitianum. tit. 4

Et per successionem agnatorum. tit. 5.

Qui in diversis gradibus sunt cognatis. tit. 6.

Quod etiam respicit licet sit servilis tit. 7

Et per successionem libertorum tit. 8

Et per etc cognatione libertorum tit. 9.

Secundo loco de jure Praetoris per bonorum possessionem ex testamento quam ab intestato. tit 10.

Tertio loco eo jure quod praesentium receptum est per adrogationem tit. 11

Quarto loco ex constitutione D. Marci per additionem bonorum, libertatem conservandorum causa tit. 12

Nam successiones quae fiebant per bonorum venditiones aut SC. Claud. sublatae sunt tit. 13.

Obligationes aut sunt Civiles aut Praetoriae. tit. 14

Et obligationes partim sunt ex contractu 4 modis

Primo re ut datione mutui, commodati, depositi pignoris tit. 15.
2do nudis verbis et dicuntur stipulationes tit. 16
In quibusdam quidemque sunt duo tit. 17
Quandoque fiunt per servos tit. 18
Et sunt vel conventionales vel Communes vel Praetoriae, vel Judiciales tit. 19
Et quandoque sunt inutiles tit. 20
Quibus saepe accedunt fidejussores tit. 21
Tertio modo literis tit. 22
Quarto modo consensu tit. 23
Uti emptione, venditione tit. 24
Locatione et conductione tit. 25.
In societate tit. 26
In mandato tit. 27
Partim ex quasi contractu, uti ex negotiis gestis, ex tutela ex re communi sine societate, ex legato, ex indebiti solutione tit 28.
Quae obligationes tam ex contractu quam ex quasi contractu acquiruntur nobis non solum per nosmetipsos sed etiam per alias personas tit. 29.
Et solvuntur solutione, acceptilatione, novatione, consensu. tit. 30

De libro 4to

Obligationes partim ex maleficio nascuntur ut ex furto tit. 1.
Et vi bonorum raptorum. tit. 2.
Et damno a l. Aq. considerato. tit. 3
De Injuria. tit. 4.
Partim quasi ex maleficio ubi Judex suam fecerit, sive ex coenaculo dejectum effusumve aliquid fuerit, qua obligatione non tenetur pater si filius seorsim a patre habitaverit, et tenentur de dolo et furto nautae, caupones, stabularii quod in navi aut stabulo factum fuerit, ex qua obligatione datur actio in factum quo heredi quidem datur adversus heredem autem non competit. tit. 5.
Actiones aut sunt in rem, aut in personam: et vel sunt civiles vel Praetoriae, vel rei persecutoriae vel poenae persequendae vel mixtae et vel in simplum conceptae sunt vel in duplum vel in triplum vel in quadruplum, et aliae solidum persequuntur, aliae minus solido. tit. 6.
Et datur actio in eum in cuius potestate est, cum quo negotium gestum dicitur. tit. 7.
Et appellatur quandoque noxalis tit. 8.
Et quandoque est de pauperie quam quadrupes fecisse dicitur tit. 9.

Et non solum per nos agere possumus sed etiã
per alias personas vel per procuratores tit. 10
In quibus satisdare possessor compellebatur tit. 11
Et actiones aut sunt perpetuae: aut temporales
et quaedam ad heredes transeunt tit. 12
Et contra actiones sunt exceptiones tit. 13
Et contra sunt replicaõnes et contra replicaõnes
duplicaõnes, et contra duplicaõnes triplicaõnes et
sic deinceps tit. 14.
Actionum autem vices obtinent interdicta tit.
Et qui temere prosequunt actiones puniuntur tit. 16
De quibus actionibus officium est Judicis Judicare
non aliter quam legibus et constitutionibus aut
moribus proditum est tit. 17
Et quandoque publica sunt Judicia tit. 18

A. e. M. D. G. B. V. I. L. G. C. Honorẽ

Jus Civile Romanum sive Imperato-
rium (quod vulgo leges appellat) conditum partim
ante divisionem Romani Imperii in Occiden-
tale et Orientale partim post divisionem
Quod ante divisionem compositum vocat corpus
juris civilis sive Justinianei et traditum
est gentibus in IV. voluminibus, qui libri legales
dicuntur, ut sunt: Institutiones, Digestum,
Codex, Authenticum.
Et quamquam (si primam eorum compositionem spectemus)
non hoc ordine editi sunt, tamen quia hoc
ordine libris juris continentur, eundem hic quoque
observandum putavi
Instituta sive institutiones editae sunt post di-
gestum et primam compositionem Codicis (ante tamen
secundae Codicis, quem nunc habemus compilationem)
per Tribonianum Quaestorem sacri Palatii
cum Theophilo et Dorotheo. Est autem hic libellus
veluti methodus et epitome totius juris civilis
in quo breviter et justa ratione expeditum est.
quod in summa scire videtur, ad cognitionem
eorum, quae in universo corpore juris co-
piosissime tradita sunt, juxta illud

Continet hic legum tenuis praecepta libellus
Primaque Romani semina juris habet

Dividitur autem in IV. libros partiales hi iterum in titulos, isti in §§. non in leges nec Canones, vel capita, §§. autem inordine disposita sunt in ℒ.

Liber

Primus tractat de jure in genere et de personis		XXVI
Secundus usque ad sexti tit. decimum sextum de obligationibus, agit de rerum dominio; in altera libri 3tii parte et quinque finis		XXV
	Continet titulos	XXX
Quarti libri titulis diserte de obligationibus deinde a titulo sexto hujus libri usque ad decimum sextum agit de actionibus, tandem in tribus postremis titulis tractatur de Judiciis		XVIII
Summa omnium titulorum XCIX		

Et allegatur in constitutionibus sic Primo nominatur liber et partialis sed institutionis postea tit. deinde §. ex. Instit. de justitia et jure §. juris praecepta h.e. in institutionibus sub titulo de justitia et jure paragrapho qui incipit juris praecepta ∽ Instit. de jure. §1. 14

utilissimum nunc est ponere determinationem tituli et §. emancipatos instit. de exhered.

II. Digestum dicitur quia Justinianus ibi non confuse (uti antea erant) sed certo ordine digessit: vel quia omnia decidenda digerantur et solvuntur. Est collectus hic liber ex veteri jure quod ab urbe Romana condita et a tempore Romuli usque ad tempora Justiniani Imperatoris, fere per mille trecentos annos, confuse statutum fuit, et extendit se in duo millia librorum et plusquam tricies centena millia versuum ut habetur l. 2. §. 1. C. de vet. jur. enucl. Vocatur autem hic liber Pandecta a πᾶν et δέχομαι, quasi omnia in se comprehendens, quia omnes juris materias plenissime tractatas continet. Dividitur autem hic liber Pandectarum secundum Justinianorum triplex. Vel quoad formam in L. libros. Vel quoad materiam et numerorum rationem sive harmoniam in VII partes seu tractatus. Quinquaginta illi libri in tribus volumi: nibus continentur. quorum

Volumen I. digestum vetus quod habet libros partiales XXIV

II. digestum infortiatum quod ideo dicitur quia multas leges fortes in se continet, habet enim de successionibus ultimarum voluntatum) et habet libros XIV.

III. digestum novum et habet libros XII.
summa titulorum CCCCXXXVIII

Partium sive Tractatuum | Et continet infra Digestor. librum

1. Inscribitur πρῶτα quo tigerant Juris primordia	1. 2. 3. 4.
2. de Judicijs tam realibus utilibus quam realibus partibus etc.	5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.
3. de rebus creditis ubi habentur contractus nominati et innominati	12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19.
4. Qui et Umbilicus vocatur continet varia jura.	20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27.
5. qui inscribitur de testamentis continet quae de ultimarum voluntate.	28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36.
6. recenset bonorum possessiones, jus omne prolatum de gradibus et affinitatibus describit	37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44.
7. agit de stipulationibus seu verborum obligationibus, de delictis, poenis etc.	45. 46. 47. 48. 49. 50.

Scribitur autem congestum pandectae in abbreviatione per D. vel per duo ff. cur autem ita scribantur volunt alij quod quia per duos imperatores quondam [illegible] Fridericus fuit de tenebris ducti [illegible] modo [illegible] [illegible] notatum ff. [illegible] putant quod πανδέκται per veteres ita [illegible] usos esse [illegible] ignorantia graecarum literarum per abusus pro π ff. scripsisse

Quodo in digestis allegatur ponitur in principio nomen libri (non partialis tenens infortiati vel novi de quibus supra, sed gnlr) ut ff (digestum) postea rubrica; deinde lex cum eius detractione v numero et si lex habet §. ponitur ille ejusque detractio v numerus saltem v utrumque l. 8. ff de inoff. test. l. Papinianus §. si conditioni co. he. in libro digesto. v Pandect. sub titulo de inoff. testamento lege octava quae incipit Papinianus et ejusdem legis §. decimo qui inchoatur illo si conditioni v ponitur lex et § libro et deinde allocatur titulus (quimodo hodie usitatior) et quidem cum numero sola detractione legis et §. adhibita ut l. Servius §. si aqua ff de rivi. vel numerus saltem legis sine detractione ponitur ut l. 11. §. 4. ff ad l. falc.

Notandum in antiquis editionibus Juriscan: quando in gl. allegatur textus Pandectarum, tum non additur principio legis litera l. sed sine [illegible] sicuti infortian. initio capitis idemque exprimitur ut ff de his quae in fraud. cred.

III. Codex, continet Statuta, Sanctiones et diversa Praecepta sive rescripta Imperatorum.

Et quamvis communiter loquendo Codex dicatur quilibet liber in se habens diversos libros partiales: tamen fuerunt ante tempora Justiniani tres Codices sci. Codex Gregorianus, Hermogenianus et Theodosianus, ex quibus 3bus extantibus

Codicibus Justinianus Imp. fieri fecit unum, quem suo nomine intitulavit Codicem Justinianeum, qui tamen hodie non extat. Nam post opera institutionum cum videret Imperator priori Codicis editioni multa deesse, hujus Codicis emendationem et ideo editionem Triboniano suscipere jussit qui Codicem longe emendatiorem edidit, quibusdam demptis, multis novis constitutionibus additis quae in priore editione non extabant, ut videre est tit. de emend. Cod. Just. et sequentibus patet.

Et hic est pro tempore inter reliquos libros juris utriusque et novae etiam ideo Codex ex repetita praelectione.

Divisus autem autem in XII libros quorum ultimi tres longe post primos novem conscripti sunt, tunc etiam non leguntur a DD.

I. agit de jure sacro, legibus, dignitatibus, magistratibus, et respondet proportione primo libro digestorum et habet titulos LI.

II. proportione respondet secundo et tertio libris ff. tractat enim eadem materias, sed circa ad calcem adjiciuntur alii tres tituli, de satisdando, de formulis et de juramento calumniae et habet tit. LVIII

III. Respondet secunda quarti digestorum et habet. XL

IV. tertia parti sed in eo insunt tractatus de probationibus quam ff. recipiunt in 4ta parte. et habet. XLV.

V. tractat de sponsalibus, nuptiis et aliis juris inter

virum et uxorem et de tutelis, curationib. LXXV.
VI. agit de bonorum possessionibus, ultimis volun:
tatibus et successionibus legitimis et hab. tit. LXI.
VII. de manumissionibus et libertate eius, de dominio,
possessione, praescriptionibus et hab. tit. LXXV.
VIII de interdictis, actionibus, exceptionibus, stipulationibus
liberationibus, evictionibus, patria potestate et do:
nationibus et hab. tit. LIX
IX. de Criminibus et hab. tit. LI.
X. De Jure fisci et de Jure municipali et hab. tit. LXXVI
XI. de Universitatibus et civibus et hab. tit. LXXVIII.
XII. de dignitatibus et apparitoribus et hab. tit. LXIV.
Summa omnium titulorum DCCLVIII.
Allegatur hic codex modo quo in pandectis, saltem
quod loco ff. ponitur magnum C. quod Codicem denotat
ut l. properandum 13. §. cum autem 4 C. de Jud. h. e. in
tit. Cod. de Jud. l. 13 et §. 4. Vero determinatione
aliquis numerus ponitur ut l. 13. §. 1. C. ad SC. Velle. Et
quod in allegationibus digest. dictum etiam hic locum ht.
Notandum in ultimis tamen tribus libris Codicis in fine
allegationis additur numerus libri ut C. de Jure fisci
l. lib. 10. Et in reliquis magis enim necessa:
rium est quidam horum trium librorum titulos
pleris. scribi, qui eundem aliis valde inusitati et minus
frequentes tituli.
Solebe etiam aliquando allegari authenticae, quae ex

novellis ab Irnerio in Epitomen sunt redactæ et Codici sub invenientibus titulis interstæ, quare ex legibus Codicis facile dignosci queant, aliisque characteribus scribuntur, et allegantur sic Jo: l. de epis. et cler. auth. frater h. e. in Cod. sub tit. de epis. et cler. in authentica, ibi incipiente quæ incipit frater

IV. Authenticum. (et authentica, novellæ) sive novellæ constitutiones post Codicem, rebus Justiniani sic exigentibus, sunt conditæ, quæ postea non secundum doctrinæ ordinem sed temporis plerumque ratione habita (nam hic ordo interdum turbatus fuit) in unum volumen ab ignoto authore, adjectis titulis, qui varii sunt in variis editionibus conjectæ, Cum autem omnes Græce fuerint conscriptæ, eædem ab Anonymo Interprete in linguam latinam de verbo ad verbum sunt translatæ. Julianus autem Antecessor eas eleganter et interpretatus, sed præfationibus et epilogis amputatis, atque ipsis decisionibus compendiozam brevitatem redactis. Hoc Juliani opus a Dd. vocatur liber Novellarum Alterum vero opus quod versionem ad verbum continet, et non Latinum nomen a veteris ... reddit authenticæ appellat. Atque hoc in Scholis et foro receptum est explosi Juliani

libro Novellarum, qui seorsim à corpore Juris civilis extat.

187

Notandum autem hic diff[eren]tia inter authenticam et authenticum. Authentica est lex vel para:graphus ex authentico desumptus, et libro Codicis incorporatus de quo in allegationibus Codicis dictum. Authenticum vero est liber Principalis, de quo hic. Dividitur iste liber in IX collationes, quarum quaelibet subdividitur in titulos, hi non in leges, sed in capita vel Paragraphos.

Et cum allegatur in authentico, praemittitur primo nomen libri cum praepositione in. ~~libri~~ deinde ponitur titulus, postea subjungitur §. cum sua inceptione; in fine ponitur quota collationis. e.g. in authen. de Tenor. §. Sancimus coll. 3. Item: in authen. de trien. et semis. §. Consideravimus coll. eadem. h.e. in authentico sub titulis de Tenoribus et de triente et semisse, paragraphis, qui incipiunt, Sancimus et Consideravimus collatione tertia. Quorum apud modernos JCtos hic modus allegandi minus jam frequens est, qui tantum allegare solent quotam Novellae capitis §. ut Novell. 119. cap. hoc quoque 4. et Pont. Burg. h.e. Novella centesima decima nona capite 4to, quod incipit hoc quoque, sub titulo ut generalia Burgitas etc. Summa omnium Novellarum in Aut-

Quatuor his libris Principalibus adduntur
in nonnullis editionibus

Justiniani Edicta XIII

Justini Constitutiones V.

Tiberii Constit.

Item Constitut. Justiniani, Tiberii, et
ex libro Juliani Antecessoris IV.

Leonis Imperatoris Novellae CXIII

Et Constitutiones aliquot Impera-
torum Juris Orientalis.

Jus Civile Romanum

Quod post divisionem Imperij est continuatum est Jus Occidentale et dividitur In Consuetudines feud. et Constitutiones Germanorum Principum

1. Consuetudines feudales Cujacius in V. libros partitus est. Alij (et quidem communiter) ad duos eosdem referunt, et alio nomine collationem decimam vocant. Dividuntur autem hi libri in titulos; tit. in cap. etc.

Et continent

Consuetudines

Jurisprudentum et

Imperatorum Constitutiones

Consuetudines vero ideo dicuntur, quia moribus recepta sunt, nec publica authoritate, sed privata quorundam DD. industria, utpote Gerardi nigri et Oberti de Otto in scripta redacta. Et fuerunt ea olim Mediolanensium Cremonensium, Placentinorum, vel alterius regni etc. Hinc olim saltem in illis vim legis habuerunt, et deinde mandato Imperatoris Friderici Junioris in certos

titulos sunt digesta et in Imperium introducta, uti jam observantia, partim authoritate Imperatoria accedente, partim longissimo usu (qui hominum memoriam excedit) confirmata.
Responsa Prudentum in libris feudorum reperiuntur, et sunt dictorum Gerardi Nigri, Oberti de Otto Italicorum, Et quia olim responsa prudentium per se vim legis non habuerunt, sed hanc primum ex Justiniani Imperatoris Constitutione obtinuerunt (ut videre est l. 1. §. sed neque [illegible] de vet. jur. enucl.) Itaque neque dictorum prudentum responsa per se, sed tamen ex approbatione Imperatoris Friderici Italicorum, atque ex inveterato usu vim legis accepta sunt.
Constitutiones vero Imperator Lotharii (?) II. Conradi, Henrici II. V. VI. et VII. Item Friderici I. et II. quorum in libris feudorum fit mentio, sine omni exceptione jus faciunt. Cuia quaecunque Princeps per epistolam vel subscriptionem statuit vel cognoscens decrevit, vel de plano interlocutus est, vel edicto praecepit, legem esse constat. l. 1. ff. de Const. Princ.

Feudum autem unde dicat, non con-
cordant DD. Nonnulli dicunt esse vocabulum
Gothicum et Longobardicum deductum fortasse
à Germanica voce à Fehd. bellum significante,
Praedia enim bello occupata, et à victoribus
militibus suis tradita feuda dicebantur. vel
à fide et fidelitate, quod Longobardice et Gothice
Fede dicitur: de quo Albricht prolixius in disp.
de feudis prima: qui ibidem Feudum definit
quod sit Jus, mutuae fidei conditione in rebus
immobilibus certo modo utendi, fruendi concessum.
In allegationibus vel primum ponitur nomen
libri, postea titulus deinde caput et §. ut
in libris feud. de prohib. feud. alien. per
Fride: c. 1. § hac edictali, ubi nota [illegible]
apponitur nomen Friderici [illegible] ad differentiam
constitutionis, in eod. libro de prohibita feudi
alienatione per Lotharium, vel apponitur nomen
libri: ut cap. 2. de feud. March. vel Ducat.
in usibus feud. Multi modernorum allegant
1. feud. tit. 14. §. ult. de feud. march. i.e. primi
libri feudorum tit. 14 qui est de feudo marchiae
§. ultimo

11 Constitutiones Germanorum ~~Principum~~
partim sunt insertae in libris feudorum (
de quibus jam mentio facta) partim per separ-

Quia per pontifices vocant extravagantes
quia vagantur extra libros Juris. Quos enim
Graeci νεαράς latini novellas, Barbari
extravagantes vocant. Verum authoris
jussu, hoc est Friderici Imperatoris, in
Codice posita est sub titulo ne filius
pro patre: reperiuntur tamen et inter
reliquas C. Authenticas quaedam ex dictis
extravagantibus desumpta.

Sunt autem Germanorum Imperatorum
constitutiones sequentes

Constitutiones Friderici II. Henrici
VII. extravagantes duae. Et liber de pace
constantiae

Et tantum etiam de jure civili



12 Decembri.